IOAN. BAPTISTAE MAGONI

CAVSIDICI PAPIENSIS,

Lucerna Moralis, Bipartitè conſtituta.

CVIVS PRIMA PARS,

Notariatus Auctoritatem, Cauſidicorumq; Nobile officium continet.

SECVNDA VERO,

Eiuſdem Notariatus Fidelitatem Indicat.

His breue, circa Cauſidicorum praecedentiam Compendium accommodatur.

Index poſtremò titulorum duplex adijcitur; ordinarius prior, poſterior Alphabeticus.



Ex Legato

Ill.mi Coccini



TICINI, Ex Typographia Petri Bartoli, MDCII.

Sumptibus Octauij Bordoni Bibliopolæ Papienſis.

ILLVSTRISSIMO ATQ; EXCELLENTISS. PRINCIPI

COMITI à FVENTES, &c.

SVPREMO INSVBRIAE GVBERNATORI, &c.

Amplissimis, & Sapiētissimis Patribus, Præsidi, & vniuerso Senatui Mediolanì,

JO. BAPTISTA MAGONVS
Perpetuam Felicitatem P.

NEMINI debet videri mirum, neq; temerè me fecisse putet quispiam, Princeps Excellentissime, Patres Sapientiss. qui iuueniles meas de Notariorum Auctoritate lucubrationes tam fastigiosè collocare sim ausus, vt vobis imperij gloria coniunctis eas deferre non sim veritus; in quorū integritate, consilio & sapientia, veluti in cardine, re-

gionis huius ſplendor & gloria, rerumq; omnium ſita eſt tranquillitas. Quaſi tale quid à meo proficiſci poſſit ingenio, cui tam ſublimis, tamq́; excelſus debeatur locus. Neq; accuſandum iudicabit hunc meum conatum, qui rerum curſum & naturam, meæq́; imitationis ratione̅ conſiderauerit. Quemadmodum enim res naturales omnes ad originem ſuam tendere, nec vnquam quieſcere videntur, niſi cum ad centrum ſuum reuerſæ, in eo, tamquàm in ſuauiſſimæ nutricis ſinu deliteſcere datur. Ita Notariorum & Cauſſidicorum Fides & Auctoritas, quæ à veſtra Sapientia & Maieſtate originem duxit, in ea ſola, tamquàm in ſuæ felicitatis fonte conquieſcat neceſſe eſt. Et proinde non erant aliò dirigenda mea ſtudia & conatus, qui eam ſtylo perſequi volui, niſi vt ibide̅ conſtaret laborum meorum fructus, vnde ortum eſſe argumentū videbam, quod tractandū mihi ſumſeram. Hinc mihi animi mei fiducia, hinc ardor ad ſublimia tende̅s (niſi quis prauus interpres confidentiam dicere malit) vt hoc nō tam ingenij, quàm induſtriæ monumentum vobis quaſi legitimum ac debitum detulerim tributum: ſcilicet vt indidem ſcriptor propugnacula videatur aucupatus, vnde res ipſa pondus & grauitatem ſortita eſt. Hoc igitur meæ induſtriæ & pietatis monimentum vobis optimo iure delatum & conſecratum, ita accipiatis rogo; vt ſi quid infra rei magnitudinem ſubſiſtere videbitur, quod ingenij mei imbecillitas aſſequi non potuerit, veſtra condonando penſet æquanimitas. Valete.

Nomina Amplissimorum Patrum, qui in Excellentissimo Senatu Mediolanensi sedent.

PRÆSES.

BARTHOLOMÆVS BRVGNOLIVS.

SENATORES.

GALEATIVS VICECOMES.
FRANCISCVS SESSE.
LVDOVICVS MADIVS.
MARIVS CONRADVS.
CAESAR GALLARATVS.
FRANCISCVS GLVSSIANVS.
LVCIVS ALBRICIVS.
LAVRENTIVS POLA.
MARTINVS VERASTIGIVS.
HIERONYMVS SANSONIVS.
GEORGIVS RIPA.
ALEXANDER ROVIDIVS.
PAPYRIVS CATTANAEVS.
LVDOVICVS ACERBVS.

IO· BAPTISTA MAGONVS

Ad Lectorem.

EMERE, hoc opus (ambiendo) me fecisse ne putes, sed illud Typis, ad D. O. M. gloriam, atq; communem vtilitatem traditum, pro certo habeas. Idcirco, subtilitatem postposui, quæ immoderata actionis suæ rectitudinem confundit: moralitatemq; amplexus, ea tantummodò, quæ ad animæ, corporisque salutem, & non ad pompam, atq; superfluitatem tendunt, compilata tibi trado. Hilari igitur frõte, ea quæ à mei ingenij tenuitate proficiscuntur, accipias rogo, etsi quidquam hoc in opere inueneris, quod mea imbecillitas retulerit; id non animo glosandi, prauiterve interpretandi (quod mihi prohibitum videtur, quandoquidem Doctoratus Lauream non sim assecutus) me dixisse persuadeas; sed id legũ adminiculo, Patrumque auctoritatibus confirmatum, recto prospicias iudicio. Demum, si aliquando in eo aliquid, quod forsan tibi molestum sit, repereris; id, vel calami cursu, vel Typographi errore euenisse iudicabis, quorum proinde erratorum, vel prætermissorum correctionem, finis operis huius tibi indicat, ne aliàs maledicus, (cuius, & in voce, & in scriptis, libros ampliando, alterius famę detrahere proprium est) ignominiosè, petulantiauè quidquam improbare valeat. Postremoque idquod te iuridicè non delectabit, integritatis tuæ medio illud restituas, quacunque sussurratoris omissa detractione, cui tunc illud vulgatum Martialis dictum accommodare decet hoc pacto, videlicet.

Inuidus, aut taceat nostri detractor honoris,
Aut aliud melius, si sciat, edat opus.

Vale.

IO. BAPTISTAE MAGONO
de eius Lucerna Morali,

DELII MVSSI IVRIS CANDIDATI,
ET ACADEMICI INTENTI.

EPIGRAMMA.

IVPPITER vt Cœlo conspexit abesse sereno
Lumina, Phœbeium protulit axe iubar.
Vt summi niteant magè Iuris operta, LVCERNAM
MAGONVS profert, qua vel Apollo minor.
Accurras, veterum quisquis monimenta recenses,
Illustrat dubios clara LVCERNA λόγους.
Accurras: nimius si te labor inde fatiget,
Dulciloquis aderit parta medela modis.
Felix MAGONVS, cui tantum pectore surgit
Iuris opus, felix dextera docta sonos.
Dextera docta sonos mulcet concentibus auras,
MAGONO fulget pectore iusta Themis.
Scriba, LVCERNA, canens, tenuit, vicit, superauit,
Iura, Polum, Musas, corde, nitore, sono.



Approbatio.

In hac Lucerna Morali Eruditissimi D. Io. Baptistæ Magoni Causidici Papiensis, in qua de Notariatus Auctoritate, & Fidelitate, nobiliq; Causidicorum exercitio, ac præcedentia tractatur: cùm nihil repererim Fidei Catholicæ, morumq; probitati repugnans: multa verò in ea contineantur, quæ ad Notariorum Causidicorumq; munus obeundum, eorumq; vitam, ritè, sanctèq; instituendam conducant. Censui, quod ea imprimi possit.

D. Matthias Guarguantus, Soncinas, ex Congregatione Clericorum Regularium S. PAVLI DECOLLATI, Sacræ Inquisitionis Papiæ Consultor Theologus.

Attenta suprascripta attestatione M. R. P. D. Matthiæ Guarguanti, Ego Frater Xantus Ripa, Inquisitor Papiæ, concedo vt imprimatur. Datum ex S. Officio Papiæ, Die xxx. Martij, MDCII.



COMPENDIARIVS INDEX,

Eorum omnium, quæ in prima huius operis parte habentur.

†† officij

CAP. XXV.

Omisso Imperatoris tit. Regum originem, atque eorundem nonnullas prærogatiuas, explanat Author.

CAP. XXVI.

Arciduces, Ducibus anteponendi sunt, quos Duces, Marchiones, exinde Comites, & successiuè, inferiores dignitates, ordinatè sequi debent.

CAP. XXVII.

Notariatus indigentia explanatur, nonnullosquè, officium illud, vile, alios verò nobile esse sentientes explicat Author.

CAP. XXVIII.

A materia efficienti, notariatus officium, nobile demonstratur.

CAP. XXIX.

Materialis causa, notariatus officium, nobile constituit.

CAP. XXX.

Notariatus nobilitas, quomodo formalis causæ medio elucescat.

CAP. XXXI.

Muneris Notariatus, causa finalis, nobilitatem aperit.

CAP. XXXII.

Nobilitatem Notariatus, ex septem Artibus liberalibus, & primò à Gramatica exordiendo, metaphoricè, prouenire demonstratur.

CAP. XXXIII.

Quid ex Dialectica vtiliter Notario eruatur, id dilucidè explicatur.

CAP. XXXIIII.

Rethoricam, Notario opitulantem, clarè demonstratur.

CAP. XXXV.

Arithmeticæ imitatio, Notario adscribitur.

CAP. XXXVI.

Geometricā artē imitando. Notariū spernere non deberè, edocetur.

Musicæ

Viles

CAP. XLVI.

Viles, tum ex persona, tum ex arte, qui nam sint, declaratur.

CAP. XLVII.

Quinam ad Notariatum, defectus ex statutis per veneran. Papiæ Notariorum Colleggium, tùm antiquitus, tùm nouiter æditis patientes, haud aßumi poßint, paßim deducuntur.

CAP. XLVIII.

Confirmationes priuilegiorum vniuersitatis Notariorum Papiæ, nedũ per fęlic. Fęderici II. memoriã, sed et per Inuict. Henricũ, olim Rom. Imperatorẽ ad Notariatus pręrogatiuã recitantur.

CAP. IL.

Jurisdictionẽ, Notarijs Insubriæ annexam esse, & officium Notariatus cõmuniter, nobilitatis essentiã in se retinere significatur.

CAP. L.

Tabellionatus officium, vile existimatum, quomodo intelligatur, & ad illud indignè aspirantes, quare à tali cogitatu sese retrahere debeant, optimè dilucidatur.

CAP. LI.

Breui modo, Notarij auctoritatem, sub eiusdemmet nomine compositam, fulgere, omnibus indicatur.

CAP. LII.

Dictio Cætera, cuius sit roboris, paßim declaratur.

CAP. LIII.

Nonnulla consilio sapientis commissa traduntur, atque particularia quædam, circa instrumenti extensionem legislatiuè recensentur.

CAP. LIIII.

Erroneum quidquàm, ubi per Notarium comissum reperiatur, quo iure medio per eundem Notarium corrigi poßit.

CAP. LV.

Prærogatiuam Instrumenti maximam eße proponitur, cuius ideo

Ener-

Compendiarius Succeſsiuo ordine, in hac eadem parte, de Nobili cauſidicorum exercitio diſceptante, infraſcripta continentur.

CAP. I.

INter Procuratoris, & Inſtitoris nomen, quæ nam differentia conſtituatur.

CAP. II.

Solicitatoris officium, ſimpliciter conſideratum, vile exiſtimari, ad differentiam tamen Procuratoris; hodierna die ſic nuncupati, rationibus optimè deductis, intrepidè ſuſtinetur.

CAP. III.

Procuratoris ad littes vſum, perutilem, & neceſſarium eſſe demonſtratur.

CAP. IV.

Officium Procuratoris, vile abſolutè intelligentes, vigore l. ſi quis procurationem C. de decur. lib. x. valde aberrare ſignificatur.

CAP. V.

Infami, quomodo Procuratoris officium annexum, conſiderationis dignum ſit.

INDEX

Locupletissimus eorum omnium, quæ in hoc opere continentur, ordine alphabetico, diligentia non vulgari conscriptus.

In quo caput numeri, paginaquè ipsa numeris indicatur.

A



B

C

Dies

E

Excu-

G

Instru-

Legere,

Nota-

veră

O

R

Stipula-

FINIS.

IO. BAPTISTAE MAGONI CAVSIDICI PAPIENSIS, De Notariatus Auctoritate COMMENTARII.

Quot modis sumatur auctoritas, & pro assertione excellentis Doctoris, sumpta, quomodo procedat. *Cap. I.*

SVMMARIVM.

1 *DOctoris antiqui dicto, magna, vt plurimum est adhibenda fides.*
2 *Io. Andr. Bart. & cæterorum, laudes inducuntur.*
3 *Decisio excellentis Doct. etiam sine lege loquentis, multum prodest, & contradicentem non habens, vim legis obtinere significatur.*
4 *Testamenti veteris auctoritas, pro decisione causarum allegatur.*
5 *Poætas allegare quandoq; licet.*
6 *Dicto alicuius minimè Doct. probatæ vitæ integritateq; suffulti, aliquãdo statur.*
7 *Dummodo illud super naturali ratione, & æquitate sit fundatum.*
8 *Radicatumq; sit ab exemplo, quod ad simile trahatur.*
9 *Et seu etiam, vbi ad verisimilitudinem tendat.*

CVm Notariatus auctoritas, de qua agere intendimus, rectè explicari non valeat, nisi præcedentibus nonnullis auctoritatis speciebus, ad huiuscemodi tractatum apprimè vtilibus: Eam ob rem, circa præsens compendium, hunc ordinem seruari debere animaduerto, vt scilicet, primum varias auctoritatis species recenseam, postmodum, de ijs sigillatim verba faciam; Hinc lectoré, admoneo;

 insti-

institutum meum illud nõ esse, de omnibus auctoritatib⁹ disserere, tum quia proprios eggrederer limites; tum quia huiuscemodi onus, longè virium mearum imbecillitatẽ superat; sed potissimum, de Notariatus auctoritate, atq; in eius gratiam, de ijs auctoritatis specieb⁹, quarum explicatio ad eam (quæ principalis est) non mediocrem vtilitatem erit allatura. Quare primo loco latere non debet, auctoritatem quæ genus ambiguum est, plura, quæ species nunc appellare liceat significare, ideò vt recto procedamus ordine, sic congruè dicendum est; Auctoritatem interdũ sumi pro assertione alicuius excellentis Doct.

Quandoq; pro quadam familiaritate inter amicos existenti.

Aliquando pro potestate patris in filium.

Sæpè ꝓ dominatione mariti in vxorem.

Plerumq; pro potentia præceptoris in discipulum.

Vt plurimum pro superioritate domini in seruum.

Sæpè numero pro superioris decreto.

Aliquando pro quadam prærogatiua, siue præeminentia ratione alicuius dignitatis.

Quandoq; pro iurisdictione.

Et deniq; (hucusq;) pro offitio particulariter exercendo.

Redeamus itaq; ad primum, quo enucleato, cætera singulatim, declarare cõueniens existimo, & dicamus, quòd.

Auctoritas allegatur quandoq; ꝓ assertione alicuius excellentis Doct. & præsertim antiquitate præstantioris, nam (vt inquit
1 Seneca) † probatos sẽper tene; & si ad alios quandoq, diuertere libuerit, ad priores reddi ve-
2 luti † de Io. Andr. cuius maximam auctoritatẽ enuntiat Cardin. in proæm. decret. & Curt. in cons. 1. quos refert Carer. in sua praxi crim. tract. de hæret. nu. 16. De Bal. & Felyn. enarat præstantiss. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 21. nu. 16. De Bart. loquitur Ias. in l. quidam cũ filium. ff. de verb. oblig. Rip. in l. si vnquã quæst. 21. C. de reuocã. donat. Boer. tract. de sedit. §. 6. nu. 11. vbi illum tubam veritatis significat, & de cæteris, scilicet Ias. Spec. Dec. Abb. Nauar. & quamplurimis alijs, legum interpretibus, atq; Doctorib. eximijs, per varias Doct. enuntiationes clara fuit, & præsentialiter, illorum fama, & auctoritas dignoscitur; quorumq; dicto stare debet vbi textus expressus in contrarium non reperiatur, vt

inquit

inquit Iaſ. in l. penult. col. penult. C. de pact. vbi † deciſionem Doctoris excellentis etiã ſine lege loquentis multum prodeſſe, & vbi contradicentẽ non habeat eandem vim legis habere concludit Rippa l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig. Lud. Roman. conſ. 569. Paul de Caſtr. conſ. 228. Iaſ. in rubr. C. de iur. emphit. & l. 1. col. 3. verſ. & pro communi ſententia C. de ſumma Trinit. & fid. cath. & quam propoſitionem declarat doctè, q; explicat Bec. in cõſ. 68. col. fin. & conſ. 43. num. 11. & 22. lib. 1. quos omnes optimè congeſſit Pract. Papien. in for. libel. in act. real. verſ. vſq; ad Calend. Ianuarij nu. 9. vbi gloſ. in verb. cui adde el 1. & lo 2. ſi-

4 cuti pariter † auctoritas veteris teſtamenti ad deciſionem cauſarum allegari poteſt gloſ. in §. cogitatio auth. Vt iud. ſin. quoquo ſuffr. in verbo eloquio

5 rum. Quinimo † Poetarum auctoritates quandoque allegari ſunt permiſſe l. in tantum in fi. ff. de rer. diuiſ.

6 Numquid autem ſtetur † dicto viri minime Doctoris, ſed æquidem probatæ vitæ, integritateq; ſuffulti, veluti in eo qui eſt de Conſilio Principis, qui ſine litteris doctor dicitur l. fin. C. de aduoc. diuer. iud. Bart. in l. ſi vt proponitis nu. 10. C. de dignit. & in ijs, qui iudices quidẽ ſunt, ſed illiterati, de quibus fit mentio, in l. fin. C. de ſenten. ex breuic. recit. & finaliter in cæteris quibuſcumq; perſonis priuatis, optimis moribus, atq; probitate imbutis iuxta perſonarum, & negotiorum qualitatem, ſubiectamq; materiam, de qua tractari contingat.

Idcircò tripliciter, illorum dicto, ſtandum cenſeo.

7 Primo vbi † illud ſuper naturali ratione, atq; æquitate ſit fundatum, quo caſu eſt acquieſcendum, quia ea dicitur lex, iuſta, & poſſibilis, quæ ſuper naturali ratione eſt fundata, c. conſuetudo §. porrò ſi ratione prima diſtinct. vnde ratio naturalis allegata ſufficit pro lege, l. ſcire §. ſufficit ff. de excuſat. tut. l. cum ratio ff. de bon. damnat. Io. Andr. in c. ex eo, de elect. in 6. & præcipuè vbi lex deficit. Ang. in l. ſi idem cum eodem ff. de iuriſd. omn. iud. ratio, namq; naturalis optimus legis Clypeus dicitur eſſe Bal. l. 1. §. 1. no tab. 1. C. de cad. tollend.

8 Secundo, quando † dictum illud fundatur ſuper exemplo, quod trahitur ad ſimile, prout innuit tex. in l. ſi in diem ff. de cond. & demonſtr. §. hæc exempli inſtit. de except. Bart. in l. ſci-

re etiã oportet §. oportet nu. 7. ff. de excusat. tut. quod corroboratur, quandoquidem valeat argumentum ab experientia. clem. exiui. §. rursus, & ibi Cardin. de verb. signific.

9 Tertio quando † ipsa prolatio verisimilitudinem anteponit, illud .n. verisimile dicitur, quod plerumq;, atq; sic communiter prouenire est consuetum, auctoritate Cicer. allegata per D. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 49. nu. 12. quod idẽ in proposito comprobat d. D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 85. & à communiter accidentibus à iure admiratur argumentum, glos. & ibi Bal. in l. si cum decem circa medium vers. secundo dicit glos. C. de iur. dot. & c. verisimile extra de presump.

Quid inter amicos vera suadeat amicitia, declaratur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *AVctoritas vt plurimum sumitur pro familiaritate quam amicus in amicũ habere confidit.*
2 *Amicitia inter amicos arcte, coniuncta, auctoritatem denotat.*
3 *Amicus verus quis nam dicatur.*
4 *Amici pauci hodie reperiuntur.*
5 *Bonum publicum vitæ, atq; rebus est anteponendum.*
6 *Charitas, quæ tamen ordinata est à seipso initium capit.*
7 *Amor in vero amico calet, in ficto vero, caret.*
8 *Amicitia vera in affectu consistit.*
9 *Amicus amicum suum in criminalibus impune defendit.*
10 *Amicum suum interficere volentem, quis occidere potest.*

1 ITem auctoritas † accipitur pro quadam familiaritate quatenus consideratur, in amico versus amicum, vt purà, quotiescumq, amicus, ab amico, aliquid honestum eodem petituro obtinere francatur, & vt vulgariter dicitur (sono sicuro, per l'auttoritade, & amicitia qual tengo col tale, esso non mi amancherà di quanto in questo honoreuolmẽte li richiederò.)

2 Nam eo casu; arcte † inter amicos coniuncta operatur, vt auctotitas inter eosdem suaderi videatur. Cicero in j. Epist. lib. j. eadem auctoritate vtente D. Me-

Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. nu. 70. & hæc omnia procedere possunt in eo, qui vere amicus dicitur, quādo
3 † pietas consideratur, vt ibidē D. Menoch. præponderat, & de quo lex multum confidit, Bart. in l. non solum §. qui alie no nu. 1. vbi glos. Alex. in appo stila de amico ff. de procurat. non antem id est animaduertē-dum in eo qui blandis verbis, & simulatum amicum se præbet, seruitoremq; ore tantum, serui turū se profert, nam per talem simulationem, quæ non tendit ad honorem, & amici defensionem, arguitur malitia, & dolus, secundum Bart. in l. 1. §. dolum ff. de dolo malo, & vt quotidie cantatur.

Amici di proferta assai si troua, &c.

Verè amicum patriæ, & boni publici se p̄buit Horatius Cocles, qui causa humanitatis, atq; amoris erga patriam cōmotus, adeò in bello se gessit, vt vitam propriam quibuscumq. spretis diuitijs amittere proposuerit, te ste Val. Max. atq. Petrarcha.

Horatio sol contra Toschana tutta.

Amor si quidē patria, patris amorem præcedit l. post liminiū. ff. de capt. & postlim. reuer. Spec. tit. de aduoc. vers. 1. obijcitur, nu. 28. Priuatim namq. quotidie videmus, amicum pro amico, multis periculis subiacere,
4 licet hodierna die † pauci proprie reperiantur, amici l. latæ §. amicos ff. de verb. signif. Bart. l. 1. §. mandatum nu. 1. ff. man-
5 dati, & quāuis † quilibet teneatur nedū pro bono publico res, & vitam propriam anteponere, vt de hoc habetur text. clarus in §. 1. auth. de hered. & Falc. & per c. scias 7. quæst. 1. atta-
6 men priuatim loquendo ea † est anteponenda charitas, quæ à se ipso incipit, deinde ordinate in consanguineis, & successiue in amicis considerari potest l. præses C. de seruit. & aqua. Abb. c. 1. nu. 4. de cohab. cler. & mul.
7 vnde ille † verus dici potest amicus, qui amore calet, sicste verò ille qui amore caret. Ad primum allegatur Diui Hieronymi sententia super Mich. Proph. sic dicentis, delicata est amicitia, quæ amicorum fælicitatem sequitur: Pro secundo autem non est amicus noster, qui nostra bona tollit. Deniq;
8 amor † qui in affectu est, propriè amicitia dicitur pro vt ex Philos. libr. 8. & 9. æthic. describitur. Nec sufficit amicitiā lingua, vel verbo, sed opere demonstrare; Diuus itaque Ioan. c. 3. inquit, non diligamus verbo, aut lingua, sed opere, & veritate, Paulus Apost. Epist. 2.

ad

ad Corint. c. 6. exhibeamus, (dicit) nos metipsos Dei ministros, cum seq. (ibi) in charitate non ficta, in verbo, veritatis, in virtute Dei; & ex Euangelista Matheo, c. 22. diliges proximum tuũ sicut te ipsum: qui aliter facit, est solo nomine amicus, Ecclesiast. c. 13. & 37. Margarita, Philosoph. de principijs Philos. mor. c. 30. & a-
9 miciæ causa, † amicus, amicũ impune in criminalibus defendit, Bal. in l. vt vim .ff. de iust. & iur. text. est expressus, & ibi Bart. nu. 2. in l. deuotum C. de metat. & epidem. libr. 12. Carer. in præallegata praxi crim. vers. quinto excusat defensio naturalis nu. 44. fol. mihi 169.
10 a tergo: & quod magis est, † amico licet occidere, amicum suum interficere volentem, sic tenet Marcus Ant. blancus in sua crim. praxi, in vers. iuris ꝑmissione nu. 35. fol. mihi 116. loquendo tamen in foro fori, secus autẽ est, de iure poli, ex decalogi precepto, scilicet nõ occides, & ideò ille debet, & potest proprie confidere de amico, in quem ad veram amicitiã inducendam prædicta, atq. cætera in secũda huius operis parte, in cap. de fideli amicorum obsequio apposita concurrunt.

Quomodo patris auctoritas, quandoq; tam circa personam filij, quam bona, se extendat, enucleatur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *AVctoritas quandoq; pro quadam simplici potestate, patris in filium, sumitur.*
2 *Nepos ex filio viuente auo non dicitur esse in potestate patris, sed aui, & hoc de iure Romanorum secus in Regno Franciæ stylatur.*
3 *Spurij in potestate parentum non esse dicuntur, nisi legitimatione secuta.*
4 *Pater, de iure canon. filiũ ex damnato coitu alere tenetur, licet de iure ciuil. secus.*
5 *Pater de iure ciu. famis necessitate filium vendere potest, & sub nu. 11.*
6 *Filius adueniente patre ad pinguem fortunam, cogere potest patrem, ad eundem redimendum, quando necessitate famis venditus fuisset, & idem de Monacho versus Abbatem, qui illum in obsidem dederit.*
7 *Dilectio patris, erga filium minor, non est quam in se ipsum.*
8 *Tortura filio prius datur patre presente, ambobus tamen de delicto inquisitis ad maiorem patris commotionem.*
9 *Nemo membrorum suorum dominus dici debet.*

10 Filius

10 Filius dicitur portio corporis patris sui.
11 Pater, necessitate famis, filium vendere potest, vbi tamen necessitas ipsa sit vrgẽs.
12 Filij, vt plurimum nostra tempestate, & patris sudores, & patrem ipsum vendere videntur.
13 Filius præsbyter non potest per patrem vendi.
14 Pater filium, in obsidem dare potest.
15 Extensio non permittitur vbi agitur de casu odioso.
16 Extensio in dictionibus taxatiuis orationi affirmatiuæ adiectis non admittitur.
17 Homo liber non potest in obsidem dari. quod tamen.
18 Fallit in principe non recognoscente superiorem.
19 Item intra priuatos quandoq; pro obseruatione conuentorum, id tamen intelligendo, vt ibi.
20 Patris verberatio in filium conceditur.
21 Correctio filij iure patr. potest. patri spectat.
22 Pater modum excedens circa percussionem filij officio desferi potest.
23 Magister discipulum verberans; id corrigendi, atq; docendi causa facere præsumitur.
24 Magistri imoderata verberatio, in discipulũ, puniẽdo iudicis arbitrio relinquitur.
25 Pater inhumane filium percutiens, ita vt ex d. percussione filius moriatur, ex titulo legis Cornel. tenetur.
26 Pater de iure antiquo filium impune occidere poterat, secus tamẽ de iure moderno.
27 Filius ob nimiam patris sæuitiam, patrem ad illius emancipationem cogere pōt.
28 Filius maior 25. annis effectus, à patre bacculo castigari non debet, sed carceri est emancipandus.
29 Vir. hoc nomen, hominem importat adultum.
30 Pater bonorum filij legitimus dicitur esse administrator.
31 Pater, vsusfructus, bonorum filij, dominus constituitur.
32 Filius quidquid acquirit, id patri acquisitum dicitur, dato etiam quod bona filij sint materna.
33 Filius emancipatus, medietatem vsusfructus tantum ipsius bonorum patri communicat, vbi tamen culpa patris emancipatio sequatur.
34 Administratio bonorum filij, interdicitur patri, quoties tamen, pater substantiam filij dissipet.
35 Pater an, & quando de bonis filij inuentarium facere teneatur.
36 Administratio patri interdicta, non tollit quominus per filium eid. debeantur alimenta.

1 TErtio principaliter, Auctoritas † cõsideratur veluti quędam simplex potestas, quã aliquis habet vti pater in filiũ, & idẽ dicitur de auo in nepo-
2 tem ex filio, & qui † nepos viuentibus patre, & auo, patris fugit potestatem, auiamq. amplectitur, nam cum pater sit in alterius potestate constitutus, sub eius, ideo potestate alium habe-

re

re nequaquam eidẽ est concessum, constituendo tamen differẽtiam, inter nepotem ex filio, & ex filia natum, cum eo casu fæmina non dicatur sub aui potestate constituta, §. qui igitur, (& ibi institutarij Doct.) Instit. de patr. pot. & hoc de Romanorum iure procedit, secus tamen est de stylo in Regno Frãciæ, quandoquidem Galli filios sub patria potest. minime retineant §. ius autem Instit. & ibi glos. tit. eodem.

Et quæ pariter auctoritas conside ratur in filijs legitimis, & natu-
3 ralibus non autem † in filijs spurijs, qui non sunt in parentum potestate §. 1. Instit. eodem, tit. nisi secuta legitimatione, cuius causa patriam potestatem subintrant. §. si quis igitur. auct. Quib. mod. nat. effic. sui, §. fin. Instit. de nupt. licet teneatur pater alere filium etiam ex cõcubinatu natum, vt habetur ex tit. ff. de concubin. per totum, &
4 etiam † si sit ex damnato coitu natus. de iur. can. c. cum haberet, extr. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adult. quãuis de iur. ciuil. non teneatur. auth. ex complexu C. de incest. nup. Spec. tit. qui fil. sint legit. n. 17.

Ideo, quam potestatẽ, habeat pater in filium ampliatiuè, & quo modo restrictiue procedat videamus.

5 Et primo, circa personam filii, eam potestatem habet † vt illum ex famis necessitate vendere possit l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. & quæ necessitas naturalis dicitur ad differentiam aliarum necessitatum de quibus loquitur Boer. quæst. 44. n. 27.

6 Veruntamen filius † adueniente patre ad pinguem fortunã, contra patrem agere potest, vt illũ a tali pignoratione liberet. d. l. 2. vbi glos. sicuti etiam id facere potest Monachus, versus Abbatem. qui illum, in obsidẽ dederit Bal. c. ex rescripto de iur. iuran. Felyn. c. cum dilecta col. 22. vers. fallit octauo num. 14. in fin. de rescrip. temporibus autem nostris patrem, etiam ex necessitate famis, filium vendere audere, quinimo, omne potius subire periculum, quàm, filium proprium, præcio, sub alterius potestate, cõstituendum decernere, vix haud credere
7 possem: quandoquidem † dilectio patris erga filium, minor non sit, quàm in seipsum. Alcia. de præsump. reg. 1. præsumpt. 3. & magis quàm seipsum, pater, filium, dilectione præseferat: Hoc demonstratur, quia
8 † in criminalibus, patre, & filio, simul de delicto inquisitis, filiũ, patre presente, in primis, ad maiorem

iorem ipsius patris commotionem, torquendum esse videm⁹. Iser. c. 1. §. publici latrones, de pac. tenen. Barba. in repetit. c. Raynaldus de testam. Carer. d. praxi crim. tit. de iuditijs §. habitis inditijs nu. 2. §. fin. Instit. de nox. act.

Forsitan autem aliquis dicere posset, quod in iure ea reperitur cō
9 clusio, seu propositio, vt † nemo de membris suis disponere valeat, l. liber homo ff. ad l. Aquil.
10 at † filius dicitur portio corporis patris sui l. cū scimus C. de agr. & cens. lib. 12. Arist. Etich. lib. 5. Et sicuti ergo pater non potest seipsum vendere, ergo nec filium.

Ad quod dupliciter respondeo, & primo, ipsum membrum bipartite considerari potest, vno modo propriè, vti inseparabile ab hominis persona, altero verò, modo, vti ab homine diuisum. Ad primam considerationem non potest homo sibi ipsi, membrum aliquod vitale abscindere, quoniam tunc puniēdus est, d. l. liber homo; ad secundam autem constitutam, vtiq; dicendum est, posse patrem vendere filium, cum sit portio corporis separatim à patre considerata, & ratione sanguinis, non vero corporis, id est animaduertendū quandoquidem duo corpora constituta considerentur, nec per consequentiam dici potest, dolet caput patris, ergo dolet caput filij, & ideò cum inter se diuersa sint, non est igitur, illatione opus l. Papinianus ff. de min. Aret. l. naturaliter § nihil commune notab. 1 ff. de acquir. possess. & præsertim quando diuersa militat ratio c. fin. cum glos. de elect. in 6. sed hoc casu filius consideratur vti membrū à patre separatū, ergo, &c.

Nec obstat, ea l. sancimus, quę impropriè cōsiderat dicitur enim ibi in glos. (cum quodammodo pars corporis eius in fundo remanserit) quæ dictio quodammodo, impropriętatem, seu similitudinē importat l. prout quisq; ff. de solut. & quæ similitudo circa diuersa versatur l. quod Nerua ff. depos. Bart. in const. ad reprimen. in verb. pro vt, nu. 2. & idem dici potest de Senatoribus qui pars corporis Principis esse dicūtur. l. quisquis C. ad l. Iul. maiest.

Secundo, respondetur ad proposi-
11 tionem factam † patrem scilicet, filium ex famis necessitate vendere posse, specialem esse casum à iure cōi concessum, nec licet à simili causa in medium argumentum afferre. Dyn. in c. in argumentum de reg. iur. in 6. l. quæ propter necessitatem ff.

tit. eod. & quod pater possit ex famis necessitate vendere filiū, intelligendum est, vbi necessitas ipsa vrgens sit, veluti quando in manibus hostium reperiretur, vel aliundè, nec per elemosynā victum sibi parare posset, non autem quatenus sibi de alimentis prouidere valeret, vt considerat Bart. in l. 1. §. cum in eadem ff. ad l. Rhod. de iact. atq. præponderat D. Marcus Ant. ex comit. Rouescallæ in addit. ad Dec. d. l. quæ propter necessitatem, in verbo octauo ff. de reg. iur.

Sed nostris temporibus, dicendum
12 putarem, † quamplurimos filios vendere sudores patris, & pecunias per patres acquisitas, furto ab eis subtractas, in meretrices, ludos, aliosq; prophanos actus conuertere, ita vt patrem proprium quasi vendere dicantur, qui cum extrema sit ductus necessitate, in aliorum seruitutē redigi cogatur, & plerumque elemosynas publicè quæritare adstringatur.

13 Fallit tamen conclusio prædicta † in filio præsbytero, qui nec ex famis necessitate à patre vendi potest. Hippol. de Marsil. in suis singul.

14 Sed numquid † filius à patre in obsidem dari potest? super huiusmodi articulo Doct. partem tenent affirmatiuam, scilicet, quod sic, ea ratione, quia si pater ex necessitate famis potest filium vendere, vt quid magis, ergo pignorare, & sic in obsidem dare, vt quid minus: Quod quidem verum existimo, quoties id per missiue ex eadem necessitate famis fiat d. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. glos. in c. 2. de pignor. Port. §. 1. nu. 21. Instit. de patr. potest. secus autem, vbi alia de causa id fieri contingeret, nam
15 eo casu † à iure non permittitur extensio, cum agatur de casu odioso l. ob æs C. de præd. min. Bal. d. l. 2. col. 2. glos. in ver. bo adde, & ibi Dyn. allegato c. in argumentum de reg. iur.

Sed quādoq. variātur iuris interpretes circa decisionē huius articuli, an scilicet ex simili causa, id fieri posse, à iure permittatur: nonnulli id concedi affirmarūt, cum permittatur extensio per l. illud ff. ad l. Aquil. l. diuortio §. interdum, & l. si seruo. §. de viro ff. solut. matr. d. l. quæ propter necessitatem, & Felyn. d. c. ex rescripto nu. 6.

Alii verò negatiuam tenent, & hāc puto veriorem; nam, cū textus d. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. ibidem (hoc tantummodo casu) restringat, & causam solum famis complectatur, idcirco ad alium casum trahi non debet,

cum

16 cum † in dictionibus taxatiuis orationi affirmatiuæ adiectis, non permittatur extensio, sed omnimoda aliorũ exclusio, vt innuit Bart. in l. 1. ff. si quis iusd. non obtemp. distinguendo tamen casus fauorabiles, ab odiosis secundum Bal. in d. l. 2. superius citatum.

17 An autem † liber homo, in obsidem dari posset? regulariter dicitur quod non, l. qui filios C. quæ res pign. oblig. poss. c. lator. de pign.

18 Fallit tamen † in Principe non recognoscente superiorem Felyn. d. c. ex rescripto nu. 6. vers. fallit 2.

19 Inter † priuatos etiam quandoq; conceditur obstagium pro obseruatione conuentorum; non vt liceat creditoribus ius in obside habere, sicut valeret in pignore, quod eo casu fieri prohibitum reperitur, c. 2. de pignor. sed solum, vt possit illum in obsidẽ retinere ex causa prædicta c. exposita. de arbitr. §. si vero coll. 9. auct. vt nul. iud.

Et an liber homo in obsidem dari possit, præcipuè quando idem iuramento firmatur, per eum, qui in obsidẽ datus est, & quid sine iuramento, vide Felyn. d. c. ex rescripto nu. 20.

De hac obsidum materia, satis abũ de locis supra citatis habetur, & de qua etiam Bart. loquitur in l. Diuus nu. 2. ff. de iur. fisci. Sed cum sit disceptatio, de qua, raro casus contingat; ideo ad vlteriora procedere me paratũ præbeo, atq. dico, quòd.

Iterum, pater, habet potestatem, †
20 circa personam filij, si quidem à iure permittitur, vt illum, minis, & verberibus, afficere valeat, ex tit. C. de emendat. propinq. ita etiam, vt vbi pater excederet modum circa værberationem, non animo lædendi, sed potius filium corrigendi id factum præsumatur. Alciat. de præsumpt. prima reg. præsump. 3. cum alijs recensitis per D. Menoch. lib. de præsumpt. 14. præsump. nu. 1. cum seq. lib. 5.
21 Imò † iure patr. pot. spectat patri filios corrigere c. duo ista. 23 quæst. 4. aliàs, fidem negare dicitur, qui domesticorum suorũ curam non habet c. sicut. 5. necesse ad fin. 47. distinct. glos. in c. cum voluntate §. si qui vero, in verb. de familia, extra de sent. excom.

Non debet tamen ea percussio, esse talis, vt modum immodera-
22 tum excedat, quia † tũc, pater officio delatus, non punietur, ex percussionum causa, sed equidẽ de excessu, Bal. l. sed & si §. si magister ff. ad l. Aquil. quo loci,
23 etiam † consideratur casus præ-

ceptoris in discipulum, qui illũ verberetur, quia, docẽdi, & monendi discipulum sub disciplina constitutum, id fecisse præsumẽdum est, c. præsbyterum, de homicid. idem tenet Bart. d. §. si
24 magister: Et † hæc arbitrio iudicis relinquuntur, habita tamen ratione, qualitatis personæ, ac percussionum, vt eo loci, fundatis rationibus, idem Bart. sic demonstrat.
Vnde pater, † qui adeò inhumane,
25 verberibus, & percussionibus contra filium se gesserit, vt ob id, filium ad vltimum vitæ extremum reduxerit, ex tit. legis Corn. de Siccar. tenetur l. 1. ff. tit. eod. idem habetur ex l. fin.
26 C. de patr. potest. (quamuis † de iure antiquo, filium, in noxam dari, imò à patre occidi, concessum fuisset) secus de iure moderno, vt colligitur ex §. 2. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & ex §. fin. vbi glos. in verbo admisere. Instit. tit. de nox. act.
27 Quare, filius † ob sæuitiã patris, cum eo communionem habere impeditus, patrẽ, ad illius emancipationem, cogere poterit, l. fi. ff. si quis à parẽ. fuer. manum. l. si lænones C. de Episc. aud.
28 Aduertas tamen, ꝙ † non licet patri, filium castigare, vbi filius maior 25. ann. sit effectus, nam tunc filius, arbitrio suo se regere poterit, ex eò quod uir dici-
29 tur l. 1. ff. de min. & † huiusmodi nomen vir, hominem importat adultum, Bart. in l. 1. nu. 41. C. de dignit. lib. 12. Cyn. l. si infanti C. de iur. delib. nec amplius baculo, ab inde supra vapulandus est, sed carceri mancipandus l. si filius tuus C. de patr. pot. Alex. l. 2. nu. 24. ff. de vulgar. & pupil. substit. Doct. c. cum contingat de for. comp. D. Menoch. d. præsumpt. 14 nu. 2 lib. 5. dando tamen ibidem fallentiam, quando pater esset persona indiscreta, & inhonesta, vt eo loci videre erit.
Hucusq;, quid de persona filij, enucleatum est, quid modo circa res, aliquo discursu, hoc mihi dignum videtur.
Et circa res filiorum, nulli est du-
30 bium, † patrẽ, legitimum administratorem bonorum filij nun-
31 cupari, sed imò, † dominũ vsusfructus haberi, vulgata l. cum oportet C. de bon. quæ liber. dato etiam quod bona filij sint materna l. 1. C. de bon. mater. & si de iure antiquo pater Dominus tertiæ partis, proprietatis bonorum maternorum diceretur, secus autem est de nostri iure; quandoquidem, illa tertia pars, deducatur ad dimidiã, vsusfructus comprehensi in aduenti-

uentitijs, glos d.l.cum oportet.
32 & quidquid † acquirit filius id patri acquisitum esse intelligitur, l. placet ff. de acquir. hered. l. 1. ff. si quis à parent. fuer. manumiss. differẽter tamen loquẽdo, inter scilicet connumeratos sub patr. pot. & emancipa-
33 tos, nam ratione † emãcipatorũ pater, solummodo medietatem vsusfructus, in bonis filij, de iure hodierno consequitur, vbi tamen emancipatio patris culpa sequatur, sic tenet Bart. l. idem est C. de bon. quæ lib. §. hoc quoq. Instit. Per quas pers. nobis acq. ratione vero eorũ qui sub patr. pot. constituti dicũtur vsumfructum, pater habet, in aduentitiis l. fin. §. vbi autem C. allegato tit. de bon. quæ lib. & d.l. 1. C. de bon. matern. exceptis tamen peculiis castren. seu quasi §. igitur liberi Inst. d. tit. per quas pers. in profectitijs vero, plenè dominum, patrem esse dicendum, ibidem declaratur. Discursus namq; adeò familiaris sic dicitur esse, atq; per Doct. Institutarios. sic detritus d. tit. per quas pers. vt longiori oratione non egeat.

Verũtamen, patris † administratio
34 adeò generaliter concessa intelligi non debet, quominus, etiam filio liceat, eandem illi offitio iudicis interdicere, quotiescũq; circa substantiam ipsam, & proprietatem filij, male vtendo, ac dissipando festinet. vt infra.

Quare succedit illa quæstio, scili-
35 cet, an † pater teneatur facere inuentarium, de ijs, quibus filio proprietas, patri vero vsusfructus queratur.

Et paucis absoluẽdo, Boer. vestigia sequẽs, in sua quæst. 61. incip. & præsupono, per totum, hoc modo distincte conclusionem amplector; aut consideratur mala administratio circa bona mobilia, aut circa bona immobilia, ad primam distinctionem, patrem nõ teneri inuentarium facere propter legis confidentiã, & quam de eo lex confidit, ob paternam reuerentiam quidam defendere conati sunt, præsertim Cyn. d.l. cum oportet, Bal in l. orphonotraphos 7. nor. cum seq. C. de Episc. aud. ea fræti ratione, cum id nullibi à iure cautum reperiatur.

Contrarium verò tenent., & spec. in §. dicto nu. 14. titt. de instru. edit. & Raphael. Cum. cõs. 98. incip. casus talis circa medium. Qua de re dictas opiniones concordando, adducit (rationabiliter quidem.) Boer. eo loci, distinctiones veras; & prima est, quòd aut loquimur de bonis mobilibus, siue rebus filio acquisitis, vel ex tit. donat. siuè aliter; & tunc

& tunc, pater tenetur inuẽtariũ facere, cum eo casu extraneus reputetur, imò quod magis est, (vt ibi asserit) cautionem filio præstare, de fruendo, & arbitrio boni viri vtendo, auctoritatibus ll. eo loci consideratis sub nu. 9. & 10. cum seq. Secunda est quod, aut dubitatur, quod pater, male versetur circa ipsa bona mobilia, vel eadèm alienando, vel dissipando, aut de proximo, ad secunda vota, sit conuolaturus, & tunc tenetur facere inuentarium, aliàs secus vt ibidem sub nu. 14. adducit. Si vero loquimur de bonis immobilibus, tunc non tenetur pater præstare cautionem, nec inuentarium facere, quia, nec consumi, nec amitti possunt, auctoritate Franc. de Aret. in cons. 72. vers. Ad quartum igitur, cum cęteris ibi sub nu. d. 14. propè fin. recensitis. Hoc tamen non procedere subdit sub nu. 15. quando bona, siue mobilia, siue immobilia, vendũtur per patrem, vt aliunde, filio minime sit consultum, secundũ Bart. in l. Imperator ff. ad Trebel. nam eò casu cuiusuis generis, bonorum tam mobilium, quam immobilium, potest patri per filium, iudicis offitio in-
36 terdici administratio, ita † vt solummodo, ex bonis filii, alimẽta percipere possit, vt elegãter d. quæst. sub nu. 17. proponit Boer. vbi de communi testatur, Et patri prodigo, instante filio iudicis auctoritate, interdici potest administratio. Bal. in l. 2. vers. sed pone C si quid in frau. patr. Et equidem eodem Boer. neminem, breuius, & clarius distinguentem inueni, qui, cũ omnia complectatur, absq, labore, eodem citato, hæc pauca prætermittere nolui.

Maritus, quando, manus in Vxorem poßit inferre edocetur. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Marito licitum est quandoq; vxorem castigare, & eam fustibus cedere.*

2 *Percussio, dolosa non dicitur, nec ex offitio procedi potest, vbi maritus percutiat vxorem, baculo, cum effusione sanguinis, quando tamen talis sit percussio, vt arbitrium iudicis ad secus declarandum inclinare debeat, & nu. 4.*

3 *Vxor, viro est suppoſita, & eius legibus alligata dicitur.*

4 *Percussio mariti immoderata in vxorem, arguit eius animum, dolosum; ita vt pœnam mereatur, arbitrio iudicis instigendam.*

5 *Marito*

5 *Marito, numquid liceat vxorem incarcerare.*
6 *Differunt, quod quis, in carcerē detrudatur, & quod quis sub custodia retineatur.*
7 *Maritus, absq; causa, vxorem verberans insanis dicitur esse.*
8 *Verberatio mariti immoderata, licitè permittit, vt vxor ab eo recedat.*
9 *Maritus, excommunicandus est, vbi maritali affectu, vxorem minime tractet.*
10 *Maritus lucra dotis perdit, quando absq; causa legitima, vxorem legitimo amore, non prosequitur.*
11 *Vxor, non sicut ancilla, sed sicut socia est tractanda.*
12 *Lingua mulieris, vt plerumq; garula nocet.*
13 *Amor inter virum, & vxorem reciprocus esse debet.*
14 *Vxor, dotem amittit, ob irreuerentiam, honoris causa, marito præstitàm.*
15 *Vxor, quæ vestes lugubres, non defert, ob mortem eius viri, infamis publicatur.*
16 *Necessaria est viri, & vxoris communio.*
Item Domini, & serui.
Item patris, & filij.

1 ET permissiue, videtur † concessum, marito licere, quādoq; vxorem castigare, & fustibus illam cedere §. si quis autem propriam vxorē. Auct. vt lic. mat.
2 & au. collat. 8. & vbi † baculo eam percutiat, cum effusione sāguinis, dolosa non ob id dicitur percussio, neq; ex offirio procedi potest. Guid. Pap. de præsumpt. nu. 91. Foller. sua crim. prax. in verb. dentur capitula, quod suffocauit vxorem nu. 73.
3 siquidem † vxor marito supposita, atq; eius legibus alligata dicatur. Tiraquel. de legal. connub. lib. 1. num. 8. & 12. quem seq. D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 384. nu. 9. lib. 2. cent. 4.
4 Hoc tamen intelligitur, ne scilicet † maritus limites, & terminos iuris excedere valeat, nam eo casu ex qualitate percussionum moderatum modum excedentium, non corrigendi, quinimo dælinquendi causa id factū per iudicem erit arbitrandum, Bal. in cons. 254. incip. proponitur quod vxor patri lib. 2. Boer. decis. 261. Signor. Homod. cons. 63. nu. 2.
5 Sed numquid † liceat marito vxorē incarcerare, & videtur, quod sic, de iure ciuil. cum pro ea, habeat interdictum de vxore reducenda, l. fin. C. de hom. lib. exhib. & idem dicitur de Abbate in Monachum, de tutore in pupillum, & de simil. vt significat Bart. in l. 1. ff. eod. tit. Ioan. de platea, in l. generaliter vers. & marito C. de decur. lib. 10. Boer. quæst. 265. nu. 2. Secus autem habetur, ex c. placuit

35.quæst.2.d.c.duo ista 23.q.4. cum simil. quo loci vxorem carceri dætinendam esse, omnino prohibetur.

Quo circa ne contrarietas inducatur, sed vt, quo magis fieri possit per distinctiones, & diuisiones, euitetur, sic docente Bart. in l. constitutione nu. 13. C. de nou. Cod. facien. Idcircò sciendum
6 est, aliud † scilicet esse aliquem in carcere detrudere, aliud verò quempiam sub custodia retinere; sic dictat glos. fin. in l fin. C. de exhib. reis. Nec potest quidem maritus in carcerē detrudere vxorem, sicut nec pater filium, quandoquidem non habeant iurisdictionem ordinariam, sicuti personæ publicæ, vt tenet Barbat. c. cum contingat sub nu 13. & seq. de for. compet. & ibi Felyn. & qui vltra viginti horas captum detinet; priuatum carcerem committit, l. capite quinto C. de adult. Saly cet. d. l. fin. C. de exhibend. reis. quosq; adducit Boer. d. quæst. 275. sub nu. 4. ad cuius terminationem ibidem prosequendo discurre, Ideò tit. allegati, scilicet de exhiben. reis, & de liber. hom. exhiben. intelliguntur, circa retentionem, quæ sub custodia cōsideratur. ea vero quæ de iure canonico inducuntur, respiciunt, detrusionem, quæ, ab ijs, qui iurisdictionem habent ordinariam fieri potest, non autem à personis priuatis, vt sup. dictũ est igitur, &c.

Hoc tamen est animaduertēdum, ne maritus adeò facilis, & preclinis sit, vt sine causa vel de re minima, ad verberationem vxoris deueniat, quoniam, eã amare debet, vti personam propriã, vna siquidem, & eadem caro di
7 cuntur esse; insanis † quippe, dicitur ille, qui sine causa talē cōmittit actum, vt notatur ex l. consensu, & in auth. ibidem posita C. de repud. Bartho. Cępol. in l. Marcellus ff. de verb. sign. Foller. loco supra citato sub nu.
8 63. in tantum vt † non solum sit vxori licitum, à marito recedere, vbi acriter ab eo verberetur, secundum Cyn. in l. quod in vxorem C. de negot. gest. sed &
9 † maritus, sit excommunicãdus, vbi affectu maritali, eandem minime tractet. glos. & Doct. in l. si cum dotem §. si maritus ff. solut. matr. quod idem, sequitur Foller. memorato loco sub nu.
10 66. & 67. quia tunc † etiam lucra dotis perdit. Bart. Paul. de Castr. Alex. & Ias. in l. si ab hostibus ff. solut. matr. quos adhoc specialiter allegat Boer. quæst.
11 244. nu. 12. non † etenim sicut ancilla, sed vti socia est tractanda, quia, non de pedibus, sed de latere

latere viri est formata, Gen. c. 2. Aduertant tamen vxores, ne causã præbeant illorũ consortibus eas
12 verberãdi, vel lingua † quæ plerunq; garrula nocet, vt inquit Spec. §. iam nunc nu. 7. tit. de aduoc. prouerbialiter, namque dicitur.

La lingua non hà osso,
Ma fà romper il dosso.

Et secundum Tassum, in Cant. 19. Rima 84.

Femina è cosa garula, e fallace,
Vuole, e disuole, & foll'huom, che sen fida.

Vel facto ita, vt vera egeant castigatione, de qua loquitur d. Foller. in additione ipsius praxis criminal. tit. de adulterijs, num. 198.

Et quamuis latino sermone mulieres ipsas alloquar, quæ vt plurimum latinitate carent, attamen ne glorientur, vt earũ viri, erga eas sese bene gerere adstringantur, volui hæc pauca in mediũ afferre, ne & ipsæ onere solutæ, sicco pede deambulatim, transire putent, quandoquidẽ, amor
13 † inter virum, & vxorem reciprocus esse debeat, inter eosq; adsit ea correllatio, quæ identitatem amoris in se continet argum. l. si cum dies. §. penult. ff. de arbitr. Et licet sciat vxor maritum dotis lucra amittere sæuitiæ causa, qua maritus in eã vtitur, vt dictum est, non debet
14 itaque ignorare † dotem suam amittere, ob irreuerentiã, quã causa honoris, erga maritũ debiti præbet, text. in l. cum mulier ff. solut. matr. d. l. consensu C. de repud. & sicut debet amore prosequi maritus vxorẽ, ita è conuerso arg. d. §. penult. ff. de arbitr. videmus etenim mulie-
15 rem † viri sui parui facientem, & quæ vestes lugubres ob eius viri mortem non defert, infamẽ publicari, Bal. in cons. 478. lib. 5. Capyc. cons. 135. col. 2. vide Foller. d. c. dentur capitula, nu. 43. in fin. Aristot. namq; poli-
16 tic. lib. 1. tres † adducit communitates esse neccessarias, viri scilicet, & vxoris, propter opus generationis Domini, & serui propter opus administrationis, patris, & filij propter perpetuitatem, quòd tamen fieri nequit si patri filius non succedit, & cum ea cõmunio, tendens ad bonũ parturiat concordiam, cuius effectus est parua erigere, ideo eos omnes concordes esse etiã, atq; etiam rogo.



C Præce-

Praeceptoris, siuè Magistri correctionem, quando tollerabilem dicendam, proponit Auctor.

Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Magistro verberante discipulum, vbi credatur aliqualiter excessisse modum verberationis, eidem asseueranti, id animo delinquendi minime fecisse, iuramentum purgationis in subsidium defertur.*

2 *Magister plus iuris habet in correctione discipuli, quam pater in filium.*

3 *Magistri debent manus violentas in discipulum ad sese retinere.*

4 *Ira impedit animum ne possit cernere verum.*

5 *Ira quid sit.*

6 *Mansuetudo operatur, vt animus in odium concitatus, alicuius benignitate, retineatur.*

7 *AEtas imbecillis mollius tractatur.*

8 *Ira conceditur, quae sine peccato consistit.*

9 *Iracundia quae ad malum tendit, asperum finem expectat.*

ET quod valeat magister discipulum verberare, supra de auctoritate patris circa personam filij, sub tertio capite in fin. demonstratum est, per dispositionem text. l. sed & si §. si magister. ff. ad l. Aquil. dummodo corrigẽdi causa, & non aliter id faciat, & prout sic per eum fieri praesumitur; sed hoc relinquitur arbitrio iudicis, considerata personarum, & percussionum qualitate vt supra, & in subsidiũ
1 † deffertur magistro iuramentũ purgationis, quo delato absolui debet, vt dicit glos. in l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. vide Bart. in Cons. 104. incip. visis testibus
2 per totum. Quinimo magister † plus iuris habet in correctione discipuli, quam pater in filium, textus est insignis, & ibi glo. in c. circumcelliones 23. quaest. 5.
3 debent tamen magistri † manus violentas in discipulum inferendas quandoq; ad sese retinere, nec quidquàm acriter verberando iracundia, sed potius humanitate, & beneuolentia in eum committere, quandoquidẽ
4 ira † impediat animum ne possit cernere verũ, vt inquit Cato, & etiam asserit Spec. tit. de aduoc. §. iam nunc videndum est, nu. 10. Et vt Ganfredus in sua
5 poetria affert, Ira † est genus flãmae, materq; furoris, ab ipso fel le tra-

le trahēs ortum, cor, & interiora venenans, sed imò mansuetudo
6 amplecti debet, per quam † animus concitatus in odium alicuius benignitate retinetur. tracta
7 ri † æquidem mollius ætas imbecillis solet (ait Horatius) cuiq; alludit Quintilianus relatus d. libr. margar. philos. tit. de princip. phil. moral. cap. 18. vbi habetur, ingenia pueri, nimia emēdationis seueritate deficiūt; nam & desperant, & dolēt, oderunt quodq; maxime nocet, dū omnia timent, nihil conantur, Diuus Hieron. in quadā Epist. ad Titum, nihil (inquit) est fædius præceptore furioso, qui cum debeat esse mansuetus, & humilis, ad omnes ex diuerso, toruo vultu, tremētibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter ruborem, & pallorem variata, clamore perstrepitat, errantes non tam à bono retrahit, quàm ad malum sua sęuitia præcipitat. Vnde Boet. de disciplina scolarium dixit. magister sit in sermone verax, in iudicando iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, cōstās in vultu, pius aspectu, virtutibus insignis, bonitate laudabilis. concessa namq; est ira, quę
8 † tamen sine peccato consistit, vt inquit Propheta; Irascimini, & nolite peccare, iuxtaq; sententia Diui August. 6. quæst. 1. §. fin. Irascitur (inquit) enim iustus peccatis palearū, idest malorum, sed non odit; & vbi magister in eam cadat iracundiam quæ ad malum tendat, laqueū †
9 quidem facilimè incurret, & vitam propriā deserere cogetur; Dat siquidē Boer. d. quest. 275. nu. 3. exemplum, de quodā magistro Zanero gramatico, qui ob excessam verberationem cuiusdam pueri, qui ex illa vitam amisserat Paduæ fuit decapitatus, ex relatis p Salyc. in l. Itē quæritur §. idem Iulianus ff. locati, & hoc non solum habere locum in magistro dicit ibi Boer. sed & in domino, aut domina, versus seruum, seu seruam, p tex. in l. 2. §. fi. ff. de his q sūt sui. magister siquidem cum patientia docere debet, cū & ipse discipulus extiterit, vnde in proposito adduxit memoratus Boet. de discipl. scolarium, scilicet, miserum eum esse magistrum, qui nunquám se discipulum esse nouit.

C 2 Seruitutis

Seruitutis genera ostenduntur, Dominiq; in seruum Imperium denotatur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 Natura omnes liberos procreauit.
2 Seruorum quattuor adducuntur genera.
3 Serui in bello capti vendi non possunt, sed redimi.
4 Mancipia venundari non possunt.
Fallit tamen id inter Christianos.
5 Dominus acriter, absq; causa verberans seruum punitur.
6 Seruus ob nimiam Domini seueritatem potest ab eo recedere.
7 Familiaritas nimia, parit contemptum.
8 Iuramentum fidelitatis præstatur per vassallum.
9 Iuramentum assecurationis erga dominum præstatur per originarios loci.
10 Auctoris amor, versus P. Regem Philippum, & Excellentiss. Mediolani Senatũ.
11 Vigilantia quæ ad bonum tendit, optimum affert fructum.
12 Vassallus ex causa ingratitudinis, versus eius Dominum, fæudo priuatur.
13 Rebelles vltimo supplitio tradduntur.

Vccinte loquendo, &
1 si † natura omnes liberos procreauerit §. & libertas instit. de
2 iure perſ. Quatuor tñ † seruorũ genera adduco, quos fortuna ser uos constituit; quorũ primũ genus est, illorũ, qui in bello iusto sunt capti, & de quibus loqtur textus l. si quis in bello §. penul. ff. de capt. & postl. reuer. & ꝙ intelligẽdũ est, in ijs, qui in bello publico, vel à populo Romano, aut ab Imperatore, vel ab alio Principe, superiorẽ nõ recognoscẽte, indicto sũt capti, vt innuit Bar. in l. Hostes, n. 14. ff. eod. tit. Secundum genus constituitur in ijs, qui manu capiuntur, & quos vulgo mancipia nuncupantur, §. serui aũt, inst. de iur. person. cõstituitur tñ differẽtia ĩter primũ, & secundũ genus, quia primi à seruãdo serui dicuntur, nec
3 † vendi, sed qdẽ redimi possunt, Bal. in l. nã & seru⁹ ff. de negot. gest. Alex. l. fin. ff. d. tit. de capt. & postl. reuer. nisi paterẽtur se se vẽdi l. 5. vbi glo. in ver. venire
4 ff. de stat. hom. Secundi † verò venundari adstringuntur, vt quotidie fieri id videmus pręcipuè in regionibus Ianuensiũ seu Liguriensium, atque alijs innumeris quidem locis: inter christianos verò hoc non obseruatur quoad illorum personas, de iure moderno, vt nobis Bar. repsẽtat d. l. Hostes sub nu. 16. in fin. sed cũ sit articulus in scholis

potius

potius,q̃ in præsentib⁹ enucleã d⁹.illũ igitur omitto,&ad tertiũ seruorũ gen⁹ accellero;φ eqdẽ.
Tertium genus animaduerti potest in his, qui eorũ dñis mercedis, & seu salarij causa seruiunt,&hi serui volũtarij,nõ autẽ coacti dicũtur quotiescũq; salla riũ anticipatum minimè habuerint,quia vbi receperint anticipate d. sallariũ,de duob⁹ vnũ facere adstringũtur, vel sallariũ receptũ illorũ seruiture extinguere, vel illud restituere,l. iure naturæ.ff. de reg. iur. l. nam hoc à natura ff. de cõdit. indeb. l. si quis fundum.§. Imperator, & ibi Bart.nu.2.ff.đ locat. & cõ duct. & sup huiusmodi seruitũ tis specie dñs nõ habet in illorũ p̃sonas potestatẽ, sicuti in cæteros.
5 Quinimo † eos dñus verberando (acriter tamen) punitur l. libertos ff. de obseq. patr. præst. Ang. l. sãcimus C.đ pen. nisi Dñs id fecerit cũ causa, Bal. in l. si ea C.đ his quib vti indig.
Debẽt nãq; dñi hac prudẽtia vti,φ versus seruos in sermone sint placidi, ne verbis durioribus exa-
6 sperentur; cùm † ꝑpter nimiã seueritatẽ dñi,possit seru⁹ ab eo recedere,l.mequia in fi.ff.de ann. leg.Bal.in l. ius eius,vers. deinde vos videtis C. de prob. Non tñ nimis familiares erga eos se
7 præbeant: familiaritas † namq; nimia quandoq; contemptum parit, vt inquit Sæneca epi. 48. l. obseruandũ ff. de off. præsid. c. & si iudæos,& ibi Panorm.de iudæis, Qũo aũt serui, ergo dominos fidẽ seruare teneantur,in secũda parte (Deo fauente) de fidelitate,demõstraturus ero.
Quartũ namq; seruorũ genus, largissimo modo sumptũ adduco, nempè illorũ qui sunt eorundẽ
8 Principi subditi,& cui † iuramẽ tum fidelitatis seruandæ p eos præstatur, vt in vassallo, & simi libus c. 1. vbi Doct. tit. qualiter vassal.iur.deb.fidel. vel origina riorũ,qui iuramẽtũ assecurõnis erga illũ præbẽt,& đ quib. in c. 1.de no.for.fid.& ꝑut cõsiderat
10 Ro'l.in cõs. 52.lib. 3.ĩter† quos originarios,erga Potẽtiss. PHILIPPVM Hispaniarũ,&c. Regem, atque Mediolani presentaneum Ducem, me subditum, seruumq; humillimũ connumeratũ reperio : ita vt ipso P. R. antepósito,& erga præsentaneũ Excellentiss. nostri Gubernatorẽ, & erga hũc Amplissimũ tot virorũ integritate vigentiũ cætũ, Excellentiss. Mediolani Senatũ sũmopere sim deuictus, q bus,quid, quantũq; debeã, nec hominis lingua, nec cuiusuis acutus intellectus, adducere sufficeret,ea tñ profectò animi in me imbecillitas nõn cadit, quin pro

pro viribus meis, animo, & ope re, vbi sese offerat occasio, & dictis P.R. nostri, & Excellen. Gubernatoris, necnō & eiusdē amplissimi collegij mandatis, obtemperaturū, & semper para tissimum me præbeam, cū eaq; vigilātia, vt neminem primum habere optem; affert namque
11 † vigilantia ad bonum tendens, fructum, non solum animæ, sed & corpori §. ne autem authen. de iudicibus collat. 6. c. charitatem 12. quæst. 2. Spec. in proē. primæ partis nu. 34. circa medium. Et super hoc seruitutis genere adest illa potestas, vt ratione ingratitudinis, vel alia ex causa iure permittente, priuē-
12 tur † vassalli fæudis, vt in vsib. fæud. de for. fidel. c. 1. Bart. in extrauagant. ad reprim. vers. fidelitatis nu. 4. & originarij ex
13 causa † rebellionis vltimo supplitio traddi possunt. l. quisquis C. ad l. Iul. maiest.

De similibus auctoritatibus, & seu potestatibus, me in longū protrahere possem, vberius de illis explicando, sed vt ad punctum tit. de quo agimus breuius me accingā, idcirco ad vlteriora procedo.

Auctoritatem aliquando per decreto superioris, sapè pro decreto iudicis interdum pro consensu patris, necnon & vt plurimum pro actu per tutorem auctorizatō intelligendam, dictat Author.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *AVctoritas pro decreto superioris accipitur.*
2 *Auctoritas accipitur pro decreto Iudicis, neccessario in tutoris inuentario.*
3 *Auctoritas consideratur pro consensu patris, qui filio iuditialiter præstatur.*
4 *Auctoritas habetur quandoq; pro actu auctorizato per tutorem, & seu curatorē.*

1 RVrsus accipitur auctoritas pro decreto † superioris, quod, ad con tractum conualidandum necessario interuenire debet, veluti in alienatione rerum Ecclesiæ c. dudum de reb. Eccl. non alien. Bal. in rub. C. de re-
2 scind. vendit. Item sumitur † pro decreto iudicis, de quo Doctores in l. Iulianus §. finita. ff. de damn. infecto. Et quod necessarium est in tutoris inuentario, Bald. in l. si tutor in princip. C.

cip C. ex quib. cau. in integr. restit. non est necess. Et de quo quidem pariter decreto, habetur inter statuta ciuil. nostrę Ciuitatis Papiæ non solum ex rubric. Quę donatio insinuari debeat, vel non, verum ex rubric. de modo obligan. filium fam. min. in alter. potest. constitutũ. Alij quamplurimi casus, in corpore iuris existunt, in quibus iudicis decretum necessario interponendum consideratur, quos connumerare, infinitum esset.

3 Denuo consideratur † pro cõsensu patris, qui filio iuditialiter præstatur, de quo in tit. C. de in ius voc. l. qui in potestatę, l. qui adoptiuũ in princip. ff. eodẽ tit. Bal. in l. fin. §. neccessitate 2. col. vers quæro numquid filius fam. C. de bon. quæ liber, & idem in l. 1. secunda col. in princip. vers. 2. oppono C. qui admitti, Bart. d. §. ex necessitate, & §. itẽ inutilis instit. de inutil. stipulat. l. tam ex contracti bus, ff. de iud. Spec. in tit. de actore, & qui quandoq; necessario est præstandus, de quo Bal. d. l. fin. §. sin autem el primo C. d. tit. de bonis quæ lib. exceptuatis tñ casibus à lege recẽsitis ex d. §. item inutilis, vbi glos. in verbo obligari in medio.

4 Auctoritas † nonnunquam sumitur pro actu auctorizato per tutorem, seu curatorem, prout colligitur ex tit. de auth. tut. & cur. Bart. in l. pupillo ff. de pignorat. act. cum similibus.

Qualiter differant auctoritas, & consensus, et cuiquam ratione offitij publici consensus applicatus, auctoritatem denotare ex Bal. sententia astruitur. *Cap. VIII.*

SVMMARIVM.

1 *AVctoritas, & consensus differunt.*
2 *Consensus alicui pertinens ratione publici offitij, dicitur auctoritas.*

DIfferunt tamen cõsensus, & auctoritas: cõ-
1 sensus † namq; quid generalius est quam auctoritas, quia ex eo colligitur, & superioris, & subditi voluntas, & superioris consensus, nil est aliud, quam auctoritas

Doct.

Doct c. fin. de reb. Eccles. non alien. Alb. in cons. 342. nu. 37 Innoc. c. 1. in verbo tractatus circa medium vers. & nota, eodem tit. de reb. Eccl. non alien. Aymo. in l. si cum dotem §. si patri, in vers. & est differentia, ff. solut. matr. Bart. d. §. necessitate nu. 15. & isdē in l. si quis mihi §. iussum col. 2. ff. de acq. hær. hoc tamen verum est, ꝙ
2 quilibet † consensus alicui pertinens ratione publici offitij, dicitur Auctoritas Bal. d. §. necessitate col. 7. vers. considera elegantia verba Innocentij.

Auctoritas, sæpe à numero, ex causa cuiusdam prærogatiuæ intelligitur, vt quo magis quis dignior sit, eo magis minus dignum præcedere debeat. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *AVctoritas, plerumq; accipitur pro quadam prærogatiua, quæ alicui datur, ex causa præcedentiæ.*
2 *Maior, quare quis dicatur.*
3 *Præcedentia loci digniori semper datur.*

1 PLerumq; accipitur auctoritas, quo quadam † prærogatiua, præeminentia, siue dignitate, quæ ab hominibus ex causa præcedentiæ adduci solet
2 ratione maioritatis. Maior † siquidē dicitur quisquam ab honore, & excellentia, & cui secū dum dignitatis statum maior exhibetur honor, in præcedendo, sedendo, & sic de similibus, prout considerat, atq; adducit Boer. quæst. 286. nu. 8. per tex. in l. 1. ff. de arbor. cæden. Card. in clem. 1. vt lit. penden. Et vt
3 quotidie videmus dari † loci præcedentiam digniori, idest maiori habenti auctoritatem, quæ pro dignitate consideratur. Vide Bart. in l. interpositas nu. 6. C. de transact.

Aucto-

Auctoritas vt plurimum, et proprio modo loquẽdo pro iurisd. est capienda: & vti perpetua in Deum explanatur. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 Iurisdictionem in Deo perpetuam esse, necessario fatendum est.
2 Aeternitas quid sit.
3 Deus ob eius clementiam omnia fecit.
4 Deus omnium est causa.
5 Deus vti optimus largitor, diuersimodè vnicuiq; beneficia confert.
6 Deus iustus Iudex.
7 Homini quidquid est attributum, à Deo deriuationem habet.
8 Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.



Ed proprio modo loquẽdo, vt plurimũ auctoritas capi debet p iurisdictione. Ideò, Bipartite iurisdictio conside ratur scilicet vti perpetua, absq; principio, medio, ac fine, & hęc
1 † sola Deo Opt. Max. adaptatur, cum sit principiũ sine principio, & æternus, neq; transmutationis, nec vicissitudinis obũbrationem patiatur, vt testatur. D. Iac. c. 1. solus enim (inquit Apostolus ad Timot. c. quinto) Deus habet immortalitatem, & in eo consistit vera æternitatis definitio, quæ, vt inqt Boæt. lib. 5. philosoph. consolationis
2 prosa 6. æternitas † est intermi nabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio, & qui oĩa potest,
3 Quiq; omnia † fecit ppter boni tatem suam, c. 16. libr. prouerb. Card. in clem. exiui §. quãuis,
4 de verb. signif. omniumq; † sit causa, Diuus August. de Trin. lib. 3. c. 3. & 4. & vti optim⁹ largitor, vni sapientiam, & scientiam, alteri spiritum propheticum, &c. Et sic vnicuiq; iuxta
5 illius † voluntatem diuersimode distribuendo contulit, vnde Paulus Apost. ad Ephes. c. 4. dicit, vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensurã donationis Christi, & isdẽ Apost. epist. 1. c. 12. ad Corinthios, Iu
6 stusq; † in puniẽdo, & præmiãdo est Iudex, clem. dudum, & ibi Cardin. §. fin. de sepul. Ab eodẽ
7 namq; † summo donatore quæcumq; homini attributa deri-

uationem accipiunt, non potest etenim homo quidquam accipere, nisi ei fuerit datum de cælo, Ioan. c. 3. & c. 15. sine me ni
8 hil potestis facere omne quippe datum, & omne donum perfectum desursum est. Diu. Iacob. Apost. epist. 1. c. quã pio, 1. quæst. 2. De his autem tractatum vberiorem Theologis reseruare est æquum.

Auctoritas pro iurisdictione sumpta, quomodo in hominẽ vti perpetua considerari poßit. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *DEus non habet ab aliquo dependentiam, & nullius est particeps.*
2 *Æternitas in Deo durat in sæcula sæculorum.*
3 *Iurisdictio hominis, habet principium, medium, & finem.*
4 *Iurisdictio perpetua hominis, vt plurimum intelligitur, durante hominis vita.*
5 *Hominis iurisdictio habet finem, sed non certum.*
6 *Iurisdictio temporalis, quæ nam dicatur.*

ET perpetua in hominem perpenditur, non vt in Deo, ex quo vt dictum fuit, principium sine principio, per Theologos declaratur, sine me
1 dio, quia † omnino excludit dependentiam, nulliusq; est particeps. Diu. Ioan. c. 1. sine fine re
2 spectu † æternitatis, quæ durat in sæcula sæculorum; Bart. in rub. de nouo Cod. facien. nu. 8. & glos. in l. cum debere, in verbo ęternus ff. d̃ seruit. vrb. pręd. sed æquidem perpẽditur in ho-
3 mine, cum † principio vti, vel à Deo, vel ab homine, in hominẽ confertur ipsa iurisdictio, & igitur habet principium à causa efficienti, idest à datore suo: medium siquidem consideratur, ratione participationis & dependẽtiæ, cuiusq; finis est, vel ratione temporis præfixi, vt not. glo. in l. prætor §. hoc interdictum, ff. de oper. nou. nunt. instit. de perpetu. & tempor. act. Fæl. in
4 rub. de rescr. vel rõne † vitæ hominis, & in eo qui temporalem habet iurisdictionem, ita vt durante illius vita illam retineat, prout & de Sũmo Pontifice, Imperatore, & sic de singulis non recognoscẽtibus superiorẽ, vel ex

ex priuilegio eadem vtentibus,
5 & hæc † perpetuitas dicitur in homine adesse, quæ habet finẽ, sed non certum, Bart. in l. iurisperitos, nu. 2. ff. de excusat. tut. Felyn. in c. de Dei in fin. de symon. Card. in clem. 1. §. abbat. 3. notab. de excess. p̄lat. glos. in clem. 1. in verb. eius, de reb. Eccl. non alienan.
6 Temporalis † verò ea dicitur iurisdictio, quæ ad tempus conceditur ijs, qui offitia certo termino à iure, vel ab homine limitato exercent.

Auctoritas quandoq; pro potestate hominis super animantibus, atq; terræ fructibus sũmi manifestatur. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Homo in hominem, simpliciter loquendo, non habet iurisdictionem.*

Capitur deniq; auctoritas, quandoq; pro quadam potestate, quam habet homo respectu eorum, quæ eidem generaliter subiacent, scilicet animantium, & terræ fructuum, iuxta Dauid. Psal. 8. vers. Omnia subiecisti sub pedibus eius, cũ seq. & simpliciter pariter loquendo homo in hominem non habet iurisdictionem, quia omnes fratres, & filij Adam dicimur, & ratione procreationis, nemo maioritatem, nec minoritatem patitur, §. hinc nobis, auth. de Monach.

Iustitia quo iure sit inuenta. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Deus iustitiæ amator, præmiator bonorum, & malorum punitor est.*
2 *Deus reges constituit, ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum.*
3 *Deus permissit dominium ad raffrenandam hominum malitiam.*
4 *Maior consideratur auctoritas, & seu iurisdictio in vno, quam in alio.*
5 *Iurisdictio diuiditur, inter spiritualia, & temporalia.*

D 2 Verum

1 VEruntamen Deus † iustitiæ amator, bonorum præmiator, & malorum punitor, d. clem. dudum .§. fin. de sepul.
2 Reges constituit † populis ad malefactorum vindictam, & bonorum laudem c. magnum in fin. 11. quæst. 1. Permissum nāq; à Deo † est dominiū, & pro-
3 uisum, vt hominum reffrenetur malitia §. habere notandum est 23. q. 5. & §. sanctæ distinct. 4.
4 Quapropter ratione † iustitiæ à Deo permissæ, maior considera tur in vno auctoritas, & iurisdictio, quam in alio, prout de tit. in tit. gradatim, infra demon-
5 straturus ero. Et iurisdictio † quæ in hominem attenditur, diuisionem patitur, scilicet inter spiritualia, & temporalia, & ommittendo, quid sit iurisdictio, quomodo consistat in genere, & in specie, prout habetur ad saturitatem per Bart. in diuis. iurisd. ante rubr. ff. de iurisdict. omn. iud. & per Doct. l. imperium, l. more maiorum, ff. eod. tit., ad vlteriora me confero:

Quomodo Princeps, vel alij sub se publicum regimen habentes, actiones suas demonstrare debeant, & sine musicæ fundamenti significatu, metaphoricè loquendo, administrare haud valent.

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *PRinceps debet vtilitatem publicam conseruare.*
2 *Vtilitas publica, priuatæ est anteponenda.*
3 *Princeps de se optimum debet demonstrare inditium.*
4 *Dominus qualis, talis seruus, & qualis pater, talis filius.*
5 *Principis vestigia, & exempla bona, populi sequi debent.*
6 *Minoribus est per principem subueniendum, qui animi imbecillitatem patiūtur.*
7 *Princeps, inferiores defendere debet, ne à potentioribus opibus, vel aliter iniuste opprimantur.*
8 *Delictis publicis, de publico est obuiandum.*
9 *Facinorosi homines puniendi sunt.*
10 *Auxilium, facinorosis, præstantibus imponitur pœna.*

Princeps, de necessitate debet officiales, & ministros habere.
Regimen absq; ministris, inutile redditur.
Electi à Principe, præsumptiuè vitæ bonitatem præseferunt.
Laudes & Excellentiß. Gubernatoris, & Excellentiß. Mediolani Senatus.
Princeps penes se dominium rerũ publicarũ retinere debet.
Princeps omittere debet solatia, quæ bonum publicum postponunt.
Pœna maior, illi est infligenda, qui onere maiori prægrauatus, abutitur.
Exemplum cuiusdam regis, qui ab eo deputatis regimen penitus commiserat, enucleatur.
Regis proprium est donare.
Auaritia, præsertim in Principe, nullum deterius vitium.
Princeps liberalis esse debet.
Liberalitas virtus dicitur.
Liberalitas quid sit.
Liberalis, quis nam dicatur.
Rex non potest sic immoderate donare, vt regnum lædatur.
Rex tenetur in eius coronatione iurare de non alienando quidquam de Regno.

PRæcipua Principis, vel alterius publicum Regimen habentis, administratio, & seu actio, prætermissis alijs eidem spectantibus, cõsistit in significatu, illarum votum, nempè; Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, Super quibus Musicę constituitur fundamentum, & sine quibus Princeps ipsæ, minimè rectam eius operationem exercere valet, nec mireris lector huiusmodi nouę inuentionis, quæ tibi fortassis, primo aspectu videbitur ridiculosa, sed si bene sensum degustabis, ad for. tex. in l. cum pater. §. dulcissimis ff. de leg. 2. & prout innuit Bal. in l. si quis vers. scias ergo C. de liber. præterit. Bart. in l. cum mulier in pric. ff. solu. matr. non ridiculosam tibi, sed degustabilem illam accipies: mens etenim potius, quàm verba spectatur, l. labeo ff. de suppell. leg. c. sedulò 37. distinct. Spec. tit. de aduoc. nu. 42. ad illarum ideò explicationem deueniamus.

Vt, Principis namq; interest vtilitatem † publicam conserua-
1 re, clem. dispendiosam de iud. l. 3. ff. de offit. præf. vigil. Surd.
2 in cons. 284. Et quæ † priuatæ anteponenda est, §. quod autẽ Auct. de non alien. seu permutan. reb. Eccl. l. 1. §. fin. & ibi Bart. C. de caduc. toll. & idem Bart. in §. 1. nu. 4. auct. de hæred. & falcid. Doct. in authen. res quæ C. commun. de legat.

Re, Rectè operando, cũ actuũ nobi-

nobiliũ exercitio, ne ſecus gerẽdo, ſubditi, eius mala, ſed potius bona ſequantur veſtigia, iuxta
4 † vulgatum illud dictũ, qualis dñus talis ſeruus; & qualis pater talis filius §. hac auctoritate 35. quæſt. 5. Spec. §. 2. nu. 14. tit. de fæud. Sapiens lib. Eccleſ. c. 10. Reg. inquit, rector ſapiẽs, erudit populum ſuum, & principatus cordati eſt impoſitus', qualis rector ciuitatis eſt, tales & miniſtri eius, & qualis Princeps, tales eius incolæ, idem adducit Foller. in criminalib. parte 1. §. ſtudeat ſe ornare num. j.
5 Principis † ſi quidẽ veſtigia bona, populi ſequi debent l. fin. C. de legibus.

Mi, Minoribus fauendo, dup-
6 plici modo, ſcilicet, & ijs † qui ratione ætatis, animi imbecillitatem patiuntur, de quibus in l. 1. ff. de minor. 25. ann. l. nõ tan-
7 tum ff. de decurion. & ijs, † qui inferiores dicuntur, ne à primatibus, ſeu ſuperioribus opibus, vel potẽtia iniuſte opprimãtur, l. illicitas §. ne potentiores, ff. de offic. preſid. Fel. in rub. đ tregua, & pac. l. 2. §. ꝗ ſi vi patris ff. ſolut. matr. Bal. in c. 1. §. marchio verſ. extra quęro, tit. ꝗ fęu. dar. po T. quem allegat. Boer. Deciſ. 304. nu. 6.

Fa, Facinora deprimendo, quãn-
8 doq. delictis † publicis, de publico ſit obuiandum, clem. 1. §. nos itaq; vbi Card. de iureiur. iſdẽq; in clem. fin. §. quod ſi, de pænis, & delicta impunita tranſire minimè ſit permittendum, Alexan. l. 1. in principio ff. nequis eũ, qui in ius voc. ui. exim. l ita vulneratus ff. ad l. aquil. Bart. in l. vnica in fin. C. publ. lætit. lib. 12. l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſc. & cler. text. eſt vulgatus in l. ſancimus C. đ pęn.
9 facinoroſos † atq, homines ab eiuſdem ſtatu, & Repub. arcen-
10 dos curare debet, & eiſdẽ † fauentibus imponitur pæna nedũ de iure ciuili ex tit. C. de his qui latr. occult. verum de iure municip. vt ex ordinib⁹, quos quotidie promulgatos videmus. Reipub. etiam intereſt; vt prouincia malis hc ibus purgetur, textum habe ius in l. congruit ff. de off. præſid.

Sol. Solus gubernando, ideſt nõ vt omnia ex ſui perſona miniſtrare habeat, cum id ad impoſſibile tendat, quinimò ex ne-
11 ceſsitate † officiales, & miniſtros habere conuenit, ex l. etenim Moſaica, Deutero. c. 16. & 17. habetur, iudices, & magiſtratus, conſtitues in portis tuis; & quorũ medio iuſtitia gubernetur, & ꝑ quos Princeps leges cõponat, l. humanũ, C. de legib. & vt habetur in 1. ipſ. Cod. cõſtit

regi-

12 regiment† aūt absq; ministris inutile redditur. Spec. in prohe.
13 4.part.nu.2.ppe fin.& q † electi à Principe bono, vitæ bonitatē præsūptiue præseferūt, c.oēs 7. q.1.l.1.ff.de off. pfect. ptor.§. eos aūt, auct. Vt iud.sine quoquo
14 suffr. & put eādē quippe † verā non psumptā, vitę pbitatem, integritatemq; simul habere significāt, atq; oib. patefaciunt, & Excellētis. Præsēs noīe, P.R. nostri Gubernator, & Amplifs. horum tantorū Patrū Collegiū, virtutisque illustrata caterua, ita, vt oēs, tam subditi, quam exteri, sūmopere atq; mirificè illorum operationibus, eximia consolatione lætificentur. Sed solus gu
15 bernādo, idest vt dominiū † rerū publicarū penes se retineat, sollicitūq; tàm reb⁹ priuatis, q̄ publicis, toto eius posse se pbeat
16 atq; sollatia † otiosa, quę nimiā hilaritatē postposito bono publico afferūt, omnino prætermittat, ne de operib⁹ malis apud D. O.M. reddere rationē teneatur;
17 & quot † magis onere prægrauato, quis abutitur, eo magis, pæna maiori punitur, c.homo 40. dist.c.cùm qdā đ iur.iur. Card. clem. 2.§. dignitatē, de vit.& honest. cleric. & isdem in clem. 2. in princip. de pœn.
18 Atq. in proposito exemplū † Affrodisiæ Deoclitiani Imperatoris vxoris, ad sui defensionē, contra Erastum Imperatoris filium recensitum, cap. 13. prætereundum minime sentio, de quodam Angliæ Rege, qui septem sapiētibus, ab eo ad regimē publicum deputatis, vitam otiosam traducendo, liberā administrationem commiserat, & qui, cùm latas habere prospicerent habænas, auaritia ducti, ea q̄ iuste legitimeq;, ab eis erāt administranda, per indirectum, pecunia corrupti, relicto iustitię zelu, illorumq; fama post posita deffiniebant: quo factum fuit vt Rex, venationi cuidam præparatę accedens.vix, extra ciuitatis mœnia egressus, talem inciderat cecitatem, vt oculorum visione omnino priuatus extaret, & retrogradu ciuitatē ingrediens, amissā recuperabat lucē. Facta itaq: medio peritorū, sup huiusmodi casu, diligenti cōsultatione: accessit iuuenis quidam eodē cap. nominatus, qui solus thalamum Regis ingressus, illumq; allocutus, iussit lectériā, super qua Rex prostratus cubabat, ammoueri, sub qua fodiēdo, vas magnum, absq; igne feruēs, emittens quæ in altum septē ebulliones, apparuit: q̄ qdē vidēs Rex ipse, significatū huiusmodi accidentis à d. iuuene habuit, dicente donec administrationē

regni

regni sui, dictis septem sapientibus reliquisset, nec eos ex causa illorum malæ gubernationis, vita priuatos dimitteret, occulorum cecitatem semper ciuitatē eggrediendo retinuisset, sicque iussit Rex illos decapitari, quo facto omnia extincta fuerunt, nec amplius occulorum visione priuatus fuit, sicq; rectè ipse gubernando, & curam, atq; sollicitudinem regnorum suorū habens, ad finem eius vitæ cū maxima illius populorum satisfactione deuenit,

La, Largitate vtēdo, proprium †
19 enim Regis est donare, Innoc. c. fin. de supl. negl. Prelat. fugiendo auaritiam, nam, vt in-
20 quit Tull. 2 offit. nullum † vitium deterius est auaritia, præsertim in Principibus, & Rempub. gubernantibus, sed æqui-
21 dem liberalis † esse debet, cum
22 liberalitas † virtus sit secūdum Philos. libr. 4. æthic. & secūdū Apostolum, Hilarem datorem diligit Deus, Quid nam vero sit liberalitas, eam definit Diuus August. de definit. dicitq; ibidē
23 quod liberalitas † est motus quidam animi, faciens, & approbās largitiones sine spe retributio-
24 nis, & quis † nā dicatur liberalis vid. glos. in c. relatum de præb. est tamen aduertendum, quod licet proprium Regis sit dona-
25 re, vt supra, non tamē † potest, sic immoderatè donare, vt regnum ledatur. Oldr. in cōs. 94. incip. eleganter circa negotiū, glo. & ibi Bart. in l. si finita §. 1. ff. de damn. infect. Innoc. c. intellecto de iureiur. Imò quan-
26 do Rex coronatur, iurare † debet se de regno quidquam non alienaturum, vt dicit Siccul. d. c. intellecto.

Quomodo Princeps ad illius actionum compositionem, Musicam imitando, deuenire debeat.

Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Musica concentum inducens, ex vnica voce, formata dici non potest.*
2 *Iustitia, & bonitas in Principe fulgere debent.*
3 *Iustitiam colere, summum in rebus bonum dicitur.*
4 *Iustitia quid sit, secundum Diu. Ambros.*
5 *Principis nimia seueritas, populis, causam rebellionis tribuit.*
6 *Benignitas potius, quam rigor amplecti debet.*

Principem

7 *Principem, subditos ex dilectione, non ex odio corrigere oportet.*
8 *Princeps quidquid agit, id refferre debet ad regnum suum, propriorum commodorum oblitus.*
9 *Princeps in totum, non autem in partem, Reipublicæ curam debet habere.*
10 *Princeps malos per iustitiam comprimere debet, & bonos propter bonitatem subleuare.*
11 *Musica illa dicitur perfecta tribus consistens vocibus, formatis ex vnisono, tertia, & quinta.*
12 *Ternarius numerus perfectionem in se continet.*
13 *Medium, Temperamentum contrariorum inducit.*
14 *Princeps, nec nimis seuerum, nec nimis benignum se versus populos, demonstrare debet, sed quandam mediocritatem est amplectendus.*
15 *Principi conuenit, vt quatuor virtutibus Cardinalibus sit munitus.*
16 *Iustitia continet in se, & æquitatem, & iuris ordinem.*
17 *Temperantia honesti curam, & decoris considerationem in se continet.*
18 *Temperantiæ effectus qui nam sint.*
19 *Temperantia quid sit.*
20 *Prudentiæ duæ species.*
21 *Princeps, quatuor principalia habere debet.*
22 *Fortitudo animi virtus, moralis, & cardinalis dicitur.*
23 *Fortitudo ad bonum finem tendens, virtus appellatur.*
24 *Fortitudo quid sit.*
25 *Mutatio vocum canendo, descendendo, vel ascendendo est necessaria.*
26 *Mutatio vocum quid sit.*
27 *Principem decet, ab imo ad altum, operando mutationem facere.*
28 *Sapientis est mutare consilium.*
29 *Principi licitum est quandoq; de ascensu in descensum mutationem facere.*
30 *Principem pietas semper mouere debet.*

Erum enimuerò, quia
1 musica, quæ † cocẽtum inducit, ex vnica tantum voce formata dici non debet, teste Boet. lib. 5. musicæ, vbi harmoniam, idest musicam facultatẽ, differentias acutorum, & grauium sonorum, sensu, ac ratione esse demonstrat. Et ad eam inducendam, duarũ saltem vocum fieri debet concursus. Id-
2 circo duo † principaliter in Principe animaduersionis digna esse debent, nempè Iustitia, & Bo-
3 nitas, quoniam iustitiam † colere, summũ bonum in rebus dicitur, c. cum deuotissimum 12: quæst. 2. Spec. in prohem. vers, hoc igitur in fin. lib. 1. num. 34. Quamobrem Diuus Ambr. lib. 1. offic. sic eam deffinit. Iustitia
4 est † quæ vnicuiq; quod suũ est tribuit, alienum non vendicat,

vtilitatem propriam negligit, vt comunem æquitatem custodiat, prætermissa illius deffinitione ex tit. Institutionum, de
5 iust. & iur. Secūdo in Principe † fulgere debet bonitas, benignitas quædam, quæ subditos placidos reddat, eos non exasperet
6 indebitè, ita vt nimia † seueritate, & extorsione ꝑgrauati, eis rebellionis causam tribuat §. 1. & ibi Bart. auct. vt iud. sine quo quo suffr. idem docet text. in c. in pænis, de reg. iur. in 6. cum similibus.

7 Subditosq; † ex dilectione Princeps, non aūt ex odio corrigere debet, c. ita 23. quęst. 4. Duo iterum est Princeps amplectendus, vnum scilicet, quod vtilitatem ciuium, & regni sic tuea-
8 tur, vt quidquid agat † ad eum referat, oblitus commodorum
9 suorūm, alterum vt totum † corpus reipublicæ curet, nedū vnā partem tueatur, reliquas deserat. Plato sic ait, quem indicat Boer. in tract. de auth. magn. conf. nu. mihi 131. & sic per iu-
10 stitiam † debet malos comprimere, & p bonitatē bonos sublevare c. regum 23. quæst. 5. Ludou. à Peguera in suis decis. criminal. cap. 36. nu. 4.

Ac cum ea dicatur vera, & per
11 fecta musicæ compositio, quæ † ex tribus constituitur vocibus, formatis ex vnisono quippe, tertia, & quinta, & vt per Teo-
12 logos, in numero ternario † cōsistat perfectio, ideo inter iustitiā, quæ denotat seueritatem, & bonitatem, quæ secum benignitatem importat, necessariò dari
13 debet medium, quod † ex duobus contrarijs temperamentum inducit l. sed hæc, & ibi glos. ff. de procurat. glo. in l. 2. §. penul. ff. si quis caut. l. solent in fin. ff. de offit. proconsul. qua de re
14 Princeps, nec † nimia seueritate, nec nimia benignitate est vtendus, sed quadam via media, erga subditos se gerendus, c. 1. de offit. deleg. Spec. tit. de aduoc. §. 5. vers. cum autem l. 2. §. & si quis, vbi Bal. col. 5. C. commun. de leg. glos. in l. Nesennius ff. de neg. gest. & idem Bal. in l. antiqui ff. de petit. hæred.

Vbi verò musicalem quatuor ex vocibus concentum formatum erigere cupiat Princeps ip-
15 se, illas amplectatur † virtutes Cardinales, sup quibus tota hominis vita fundatur, ita vt sine Iustitia, Temperātia, Prudētia, & Fortitudine, tamquam reali fundamento hominis vita destruatur Margar. Philos. d virt. mor. lib. 12. c. 21.

Et ideò cum Iustitia procedere de-
16 bet, quæ † æquitatem, & iuris ordinem complectitur, glos. & Angel.

Angel. in auct. de hęred. & falc. in §. exhæredatos, Bart. Cæpol. in rubr. de testam. col. 20.

17 Cum Temperantia, in qua † maxime honesti cura, decoris consideratio spectatur, & quæri tur Diuus August. libr. de mori bus eccles. Et ex qua multi ꝑducuntur effectus adductis per Prosperum de vita cõtemplat.

18 sic adducens. Temperantia † fa cit abstinentem, parcũ, sobriũ, moderatum, pudicum, tacitũ, & verecundum: hæc virtus si in animo habitat, libidines fręnat, affectus temperat, desideria san cta multiplicat, vitiosa castigat, omnia, intrà nos confusa ordinat, cogitationes prauas remouet, scientiam inserit, ignem libidinosæ voluptatis extinguit, mentem placidam tranquillitate componit, & totam ab omni semper tempestate vitiorum de

19 fendit: & quæ Temperantia, † vt ait Diuus August. de liber. arbitr. est affectus coercens, & cohibens appetitum ab his rebus, quæ turpiter appetuntur.

20 Cum Prudentia, cuius duas † constituit species, Arist. libr. 6. Aethic. Architecoriam s3. in Principe, & Politicam in subditis, prima namq; in Principe di citur regnatiua, siue legis positiua:

21 Quatuor namq; † ex Margarit. Philos. de princip. philos. moral. lib. 12. c. 19. Principi necessaria colliguntur, & Primo Principem Deo placere debere. Secũdo pro omni conatu populo satisfacere. Tertio, reipublicæ prouidere. Quarto, rectas condere leges; nam, per primum, populi timorem, & reuerentiam acquirit, per secundũ amorem, & dilectionem populi sibi conciliabitur, per tertium, & quartum Rempublicam inte gram conseruabit, ne deficiente annona, populi inædia deficiant, aut ab aliquo callumniã sustineant.

Cum Fortitudine, quæ in animo non verò in corpore residet, &

22 hæc dicitur † moralis, & Cardi nalis virtus; vnde S. August. in Epist. ad Hier. quæst. 83. scri bit; Qui vera virtute fortis est, nec temerè audet, nec inconsulte timet, atq; Diuus Hiero. in Ioelem dicit, Iusti, & fortis vi ri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari, sed in vtroq; esse moderatus. Illa namq;

23 † fortitudo virtus nuncupatur, quæ ad bonum finem tendit, vt tenet Io. de Plateal in his, notab. 6. C. d prędijs nauic. lib. 11.

24 Et nihil aliud est † Fortitudo, quam virtus pro æquitate pugnans, vt ait Cicer. off. lib. 1.

25 Sed necessariò † canendo, iux-

ta partium dispositionem, ascẽdendo, vel descendendo debet fieri vocum mutatio, secundũ gradus, & partium qualitatem,
26 & quæ mutatio † est vnius, in aliam vocem sub eodem sono variatio, non tamen omnibus, nec his quibus conuenit inest æqualiter, vt habetur ex d. Marg. philos. tract. 2. tit. musicæ practicæ c. 5. sic itaq; per ascenden
27 tiam decet Principem † operãdo mutationem facere, quotiescumq; nimia eius benignitate, subditi, abusi, ipsius paruifaciunt, quoniam, tunc humanitatem suam, in quandã seueritatem, timorem præseferentem commutare licitum erit, iuxta subditorum arrogantiam, quia
28 mutare † propositum, & consilium sapientis est. l. nonnumq̃ in princ. vbi glos. ord. ff. de collat. bon. præcipuè quando mores subditorum deteriores efficiuntur, vt in pũcto, tradit Bart l. in confirmando ff. de confir. mat. tutor. l. cum quis sibi ff. de solut. atq; in l. eum qui ita. §. quis sibi ff. de verb. oblig.

Iterum de ascendentia in de-
29 scendentiam † Principi venire licet, ne scilicet in ea magnitudine resideat, vt spreta humanitate, qua in subditos vti debet, illos amore, quo erga eum tenẽtur inanes, & vacuos dimittat, siquidem populum, benignitate quadam ad se trahere, studere debet, cum pietate, & vt Diuus Gregor. lib. moral. ait. Ille bene agit quæ pia sunt, qui scit prius seruare, quæ iusta sunt, vt collatus in proximos, riuus, misericordiæ de iustitiæ fonte di-
30 catur. Principemq; † pietas mouere debet, vt ad concedendum sit facilis. Alb. in cons. 773. nu. 32. Vnde adducere solebat Senec. in quadam sua Epist. scilicet, nulla erit processus temporis, difficilis clementia Principi, qui in annis puerilibus didicit seruire pietati.

Sicuti Princeps apud se significatiue, habere debet sex illas voces super quibus Musica fundatur, ita & sex alia ex doctrina Diui Pauli Apost. in illum consideranda veniunt. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Sex principaliter in Principe concurrere debent, quæ enarrantur.*
2 *Virtutum omnes species, vno Iustitiæ nomine continentur.*

3 Pietas

Pietas Iustitiam sequitur, & è conuerso.
Fides illa vera dicitur, quando ea quæ vel Deo, vel homini sunt promissa seruantur.
Fidem seruare Principis interest.
Charitas quos effectus producat.
Patientia magna virtus.
Mansuetudo, & rigor quomodo simul se possint habere.
Princeps omnium pater dicitur.
Aedificatum quidquid est absq; fundamento, destruitur.

SIcut itaq; sex adducũtur voces fundamentales ad musicã præparandam, quarũ significatus Princeps ignarus esse non debet, denuo in eundem sex † principaliter concurrere debent, quę ennumarat Diu. Paul. Apost. prima Epist. ad Timoteum, c. 6. dicens, carissimè, sectare Iustitiã, Pietatem, Fidẽ, Charitatem, Patientiam, & Mãsuetudinem, ideo debet habere Princeps.

Iustitiam, sub qua omnes † virtutum species vno iustitiæ nomine continentur, Diu. Hiero. ad Demetriad.

Pietatem quæ † iustitiam sequitur, neq; sine pietate est iustitia, & vt tradit Petrus Chrysolgol. in serm. 145. de generat. æquitas sine bonitate sæuitia est, & iustitia sine pietate crudelitas est.

Fidem, per quam † ea, quæ vel Deo, vel homini sunt promissa seruantur. Qua de re Diu Gregor. Homel. 29. super Euang. discurrens, inquit. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittim⁹, operibus cõ-

5 plemus; Principis † namq; interest seruare fidem, Bart. l. digna vox C. de legibus c. vbi sana 24. quæst. 1. nihilq; plus in Principe splẽdet recta fide, l. inter claras C. de summ. Trinit. c. si Imperator 96. distinct. Specul. tit. de aduoc. §. hic dicendum, nu. 11.

6 Charitatem, cuius † proprium est nutrire concordiam, seruare composita, coniungere dislocata, dirigere praua, & virtutes suas, perfectionis suæ, munimine solidare, vt tradit Diuus Greg. lib. 10. moral. Homel. 11.

7 Patientiam quàm magnam † virtutem esse declarat Hugo. lib. 3. de anima, dicens, magna virtus est si non lædas, à quo es læsus, magna est gloria, si cui nocere potuisti parcas, Nobilę vindictæ genus est ignoscere victo.

Mansuetudinem ex doctr. Diu. Greg. lib. 19. moral. regat (inquit)

8 quit) disciplinæ † rigor, mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem, & sic alter commendetur ab altero, vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta, Bald. de fæud. tit. de pac. Cōstant. in verbo Imperialis clementiæ mansueta in principio.
Et deniq; Princeps (vt inquit Seneca, de clementia ad Nerone) debet esse sermone affabilis, accessu facilis, vultū quo maxime populos demulcet amabilis, æquis propensus, iniquis acerbus. Talis (inquit) à tota ciuitate amatur defenditur, colitur. Hic Princeps beneficio suo tutus, nil præsidijs eget, arma, ornamenta animi pro se habet.
Quapropter videmus huiusmodi vocum significatum vnica annexione contextum, in Princi-
9 pe, qui † omnium pater dicitur in terris. §. indubitatum, auct. de incest. nupt. auct. neq; virū, quod ex dote collat. 8. illam producere harmoniam, vt nihil suauius, optabiliusue excogitari possit.
In reliquis, ratione multiplicitatis ipsarum vocum componere potest Princeps, ad sui libitum nō tamen eo recedente à regulis su-
1 pra adductis, absq; etenim † fūdamento prædicto destruitur omne ædificium, superinde ædificatum, arg. l. agi tecum. ff. de except. rei iud.

Excellentiss. Comitis de Fuentes, Status Mediolani Gubernatoris, & Illustriss. Præsidis, cæterorumq; eiusdem Status Perill. Senatorum laudes, successiuo recensentur ordine.

Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Grauitati quodnam conueniat medium.*
2 *Virtutum moralium extrema quænam sint.*
3 *Honor non precibus, sed virtute, est acquirendus.*
4 *Virtus, non debet sequi gloriam, & honorem, sed ipsa virtutem sequi debent.*
5 *Virtutis præmium, honor est.*
6 *Iudicis sapientia in quo consistat.*
7 *Consilium præstans, qualis esse debeat.*
8 *Iustitiæ quæ nam debeant esse nota.*
9 *Magnanimus vir, quis esse dicatur.*

10 *Sapien-*

Sapientis, quanam partes esse debeant.
Iustitiæ manifestæ effectus, qui sint.
Veritatis robur, explanatur.
Iudicis partes quæ sint.
Viri stabilis actus describuntur.



Vauior æquidē redditur vocum humanarum sonoritas, quæ organica modulatione associatur. Organum igitur quippè videmus perfectum, sexdecim continens registra, dulces sic emittēria sonos, vt quascunque personas longinquis ex partibus, incredibili illud audiendi desiderio, seipsum attrahat.

Quatuordecim namque Perill. Senatores, Excellentiss. Gubernatore, atque Illustriss. Præside adiuncti, personamq; P. R. nostri repræsentantes, vt innuit tex. in l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. adeò morum grauitate imbuti, virtute animi, atque corporis elegantia compositi refulgent, vt vbique illorum rectitudinis, & optimè administrationis, suauissimum reddant odorem.

Registrum nāque primum, quod principale denominatur, conuenit ipsi Excellentiss. Gubernatori, qui concistorij caput esse dicitur, l. ius Senatorum C. de dignit. lib. 12. Is etenim illam, & animi, & corporis præsefert

1 grauitatem, quæ † inter morositatem, & delectationem habet medium, de qua Aristo. Magn. moral. lib. 1. c. 26. in fine dicēs: At grauis in medio istorum laudabilis, neque erga omnes, sed erga meritos; non erga neminem, sed erga hos ipsos consuescit, sibique illas morales appli-
2 cat virtutes, quæ circa † mediū inter excessum, & defectū versantur, de quibus idem Aristot. Eudem. moral. meminit: Et quicquid Regimini, tam publico, quam priuato, necessarium est, vndique in eo fulgere nemini latet, cuiusque laudes disere re infinitum esset, quas, cum, & in pace, & in bello, illius hæroica facta patefaciant; vlteriori igitur demonstratione non egent.

Illustriss. Præs. BARTHOLOMAEVS BRVGNOLIVS sic laudabiliter in studijs, ab indole, eiusdem vitæ probitatem demonstrauit, vt iuremerito ad hui9modi digni-
3 tatem, non † præcibus vt colligitur ex l. vnica, vbi glos. ff. ad l. Iul. de Ambitu, sed nobilitatis, cau-

causa, atq; virtutum meritis, magna cum laude, & gloria, præsertim ciuium Papiensium sit elatus: & in proposito allega tur ea D. August. sententia de ciuit. Dei lib. 5. scilicet Gloriã,
4 † & honorem, non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem: vnde honores, quos expetunt multi, Cato petere nõ debuit, sed eos, ciuitas ob eius virtutem, nõ pe-
5 tenti dare: præmium † siquidem virtutis, est honor, vt ait Arist. Aethic. lib. 8. prout; pariter cę teri Perill. Senatores, illorum locos, sic, sunt assecuti, arg. text. in l. si quenquam C. de Episc. & cler. Is (inquam) Illustriss. Præses, Aequitatis amator, quæ (vt scribit Pret. Rauen. in quadam sua epistola) sinistram odij, vel amoris dextram, nescit, & vti iuris minister, in eius manu, nul lius auctoritate personæ, titubat, neq; iustitiæ libram, vacilla re permittit. Atq; sic se gerit, vt illius fama, vndiq; radices extendat.

Perillustris GALEATIVS VICECOMES subsequenter apponitur, qui, vti sapiens iu
6 dex, non solum, quid † possit, sed etiam quid debet, ponderat, nec quantum sibi permissum, sed quatenus etiam sibi commissũ sit meminit: & sic rectarum ope rationum medio, mira quadam voluptate, totum simulq; rapit, & sibi vendicat hominem.

Perillustris FRANCISCVS SESSE, obliuioni, non est
7 tradendus, & is, circa consiliũ † præstandum (D. Ambr. sententiæ Offit. lib. 2. adherens) in doctrina, in integritate, in grauitate, medio salubris, atq; irreprehensibilis eius sermonis, consilij vtilis, vitæ honestæ, & sententię decore, seipsum formam alijs; ad exemplum bonorum operũ exhibet, cæterasq; eiusdem profundas, ac integerrimas actiones suas rebumbando, omnibus patefacit.

Perillustris LVDOVICVS MADIVS minime prætereundus, sic profecto iustitiam diligit, quæ (secundum Cassiod.
8 in Psalm.) non † nouit patrem, non nouit matrem, veritatẽ nouit, personam non accipit, Deũ imitatur: vt antepostita naturali æquitate, legum dispositioni adiuncta, eius cogitationes in potentia, & in actu consistentes, diuerso tramite reduci, minime permittat.

Perillustris MARIVS CONRADVS succedit, qui, vti magnanimus vir (sententiam Senecæ epist. 71. amplectens)
9 rectus † stat sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit, nil illi eorum, quæ ferẽda sunt

ſunt diſplicet, vires ſuas nouit, vincit virtute fortunam, atque aſcendendo,& deſcendendo, acutas,& graues,animi, & corporis partes, ſic ſuſtinet, & regulato modo declinat, vt illum audientes,ſuauitate, atq. ſumma impleat delectatione.

Perill. CAESAR GALLARATVS, Memoriæ dignus, vti
10 ſapiens,pauca † quidem de virtute animi commonet, & proloquitur, plura autem in ſuis actibus, atque operibus oſtendit, & fidem, verbis operum ſuorũ ſtipulatione confirmat, & in eo illa intellectus ſubtilitas reſſidet, vt eidem,nihil profectò intelligendi, interpretandiuè,atq; deffiniẽdi, difficile videatur.

Perill. FRANCISCVS GLVSSIANVS, Vir integerrimus, Iuſtitiam manifeſtam ſequens, quæ (vt ait Diuus Ambr. Off.
11 lib. 1.) virum † bonum, à vero declinare non permittit, nec damno afficere quenquam,nec aliquid dolo annectere rei ſuæ, memorq; ſententiæ Diui Gregor. lib. 5. moral.in Regiſtr. homines propter iuſtitiam diligit, non autem iuſtitiã propter homines poſtponit, & tandem,miro ſic illius actionum ordine ſe gerit, vt & Excellentiſs. Senatus,& populus illum ſumma dilectione, ſummoque amore proſequantur.

Et ne chorus antedictus, admirabili delectatione ſolus gaudeat: Ecce repente alterum chorum, alteri choro ſe adiungendo, atque immiſcendo,cum ea accõmodata modulatione, vt quidquam aliud ſuauius, delectabiliuſuè audiri minime poſſit.

Perill. LVCIVS ALBRICIVS, Vir prudentiſſimus. Iuſtitiæ zelator, eandem in affectu retinet. Prudentiam in intellectu poſſidet, Fortitudinem in effectu demonſtrat, & Temperantiam in vſu indicat, illum namq; ipſius actiones talem patefaciunt, qui cum Iuſtitiæ chordas, quæ ſunt honeſte viuere, alterum non ledere, & ius ſuũ vnicuiq; tribuere,ita diſtincte, atq; ſumma elegantia attingat, ob id igitur, omnibus non eximiam præbet conſolationem.

Perill. LAVRENTIVS POLA, vti ſollicitus, animi ſolertia ad ea proſequendum,quæ ſunt agẽda, cum dexteritate ſic omnes eius abſq; difficultate, ſummaq; prudentia exercitationes, ad veram perfectionem reducit,vt omnibus ideo pollere iuremerito videatur.

Perill. MARTINVS VERASTIGIVS adeò veritatem ſe-
12 quitur,vt contra † omnium ingenia, calliditatem,ſolertiã, &

F contra

geatur; Septimo, neq; vt paruulus fluctuat, vt omni doctrinę vento circũferatur; Octauo, sed in charitate, fideq; fundatꝰ, atque iusta lege radicatus remaneat, & qui octauæ prænominatæ partes, operationibus adeò minutim sequitur, atq; imitatur, vt ne quid maius excogitari possit.

Perill. LVDOVICVS ACERBVS, adeò suauem se præbet in exercitationibus suis, vt homines feroces domet: superbos mansuetos reddat, timidos ad bonum exanimet, errantes reducat, bonos foueat, prauos à malis operibus deuiet, ita vt ab eius exterioribus, interiora optime indicans, veluti Cygnus dulciter cantans, cum optima perseuerantia, ad vltimum humanæ vitæ finem pernenire optat, atque sic, vt in posterum de eius benegestis, numquam deleatur memoria.

O quam suauis Musicæ concẽtus, quàm pulchræ huiusmodi harmoniæ dignæ voces, quæ cũ paritatem inter sese nemine discrepante pręseferant, nec pausa, nec Musicęs præfecto indigẽt, ac nec organ ista opus sit, quandoquidem organum non artificiale, sed naturale dicatur, ita vt quilibet dictorum Amplissimorum Patrum, eorum corporei sensus medio, quocumq; necessario ipsius organi offitio, atque ministerio fungatur, & ijdem omnes vnanimes psallunt dicentes. Viuat Ecclesia Catholica Romana, atq; Apostolica; Viuat Rex Philippus noster, eiusdem defensor: Viuant cæteri Reges, Principesq; Christiani: viuat Iustitia: viuant boni: pereant, atq; dissipentur mali.

O Aurea Catena, miro ordine fabricata, atque contexta, facinorosos homines sic detinẽs, vt illos nec vi, nec benignitate impunes omnino relaxet, adeòque pulchritudine refulgens, vt bonos iustitiamq; timentes, sub eius iugo, absq; calamitate, summo cum illorũ gaudio retineat, in eaque ressidet potens illa virtus, vt superbos ad Humilitatẽ, Auaros ad Liberalitatem, Iracundos ad Mansuetudinem, & Clemẽtiam, Luxuriosos ad Pudicitiam, & Continentiam, Gulosos ad Abstinentiam, & Sobrietatem, Inuidos ad Charitatem, & Accidiosos ad Vigilantiam, & fræquentem bonarum actionum exercitationem, malosque vt plurimum ad benefaciendum inducat.

O Mare magnum, transitu infinitum, laudibus incomparabile fluctuosis vndis inconcussum, vt quicumque, & subditi, & exteri,

F 2 in eo

in eo nauigantes, quoquò sese vertant, pro iustitia, in vado esse, sibi ipsis polliceantur.

Hæc itaque per me, non adulationis, sed amoris, ac veritatis causa sunt aperta, & vt inquit Diuus Bernard. super Cantic. qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est; apertũ si quidem decus, manifestaque ipsius concentus laus dignoscitur, vt tamquam notorium altiorem non requirat indaginẽ.

Musicæ effectus descripti recensentur, eidemq; vti speculatiuæ, & vti practicæ congruentia, punctualiter denotantur; postremo, Iurisdictionis species ordine subordinato, remissiue ostenduntur. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *MVsica, & speculationi, & mortalitati coniuncta est.*
2 *Musica, cuicumq; ætati, ad gaudium suscitandum est operatrix.*
3 *Aeris concentus, quosnam producat effectus.*
4 *Cantus in Ecclesia quare inuentus.*
5 *Musicæ multiplices substantiæ, atq; diuisiones, ad illius inductionem requirũtur.*
6 *Iurisdictionis & pro Imperio, & pro simplici iurisdictione sumpta species, quæ sint.*

CVius delectationis, cuiusque momenti sit Musica, id ennarrant Prudentissimi Viri.

1 Et ideo Boetius lib. 1. Musicę, eam non modo † speculationi verum etiam mortalitati coniunctam esse, significat, quare ex Marg. Philos. de princip. Musicæ specul. cap. 1. colligitur,
2 scilicet, Nihil enim † tam proprium humanitatis est, quam remitti dulcis modis, astringique contrarijs, idq; in singulis vel studijs, vel ætatibus luce clarius conspicitur: Infantes equidem iuuenes, ac senes ita inhiãter, affectu quodam spontaneo, modis musicis delectantur, vt omnino, nulla sit ætas, quæ nõ dulcis harmoniæ sono, afficiatur gaudio, & à tristi consurgat cogitatu.

Secundo id affirmatur ex allegato cap. 1. dum ibi dicitur, concentus

3 centus per † aeream naturam, in motu pósitam, mouet corp⁹, per purificatum aerem, concitat spiritum aereũ, animæ, corporisque nodum, per affectum afficit sensum, simul, & animũ, per significationem, agit in mẽtem, denique per ipsum, subtilis aeris motum penetrat vehementer, per cõtemperationem lambit suauiter, per conformẽ qualitatem, mira quadam voluptate, perfundit naturam, tam spiritualem, quam materialem, totumque simul hominẽ rapit.

Tertio, ex libr. 1. Regum cap. 16. colligitur de Rege Saule, qui, cum à spiritu vexaretur maligno, requiescere non potuit, donec Dauid cithara ludente, dulcisona eius releuaretur harmonia. Quo fit vt cantus † in Ecclesia fuerit inuentus ad auditorum compunctionem, c. clerus
4
21. distinct. 5. non mediocriter de consecrat. distinct. 5.

Multa equidem de Musica disferere possem, & præcipue.

5 De † illius deffinitione.

De origine nominis.

Et quid sit Musicus.

De Musicæ primo inuentore.

De diuisione Musicæ in Mundanam, Humanam, & Instrumentalem.

De sono, & voce, vocisq. diuisione.

De consonantiæ, dissonantiæque deffinitionibus.

De Consonantiarum numero.

Cur in exemplis musicis numeris, & numerorum ad sonos applicatione vtamur.

De consonantiarum ordine, & perfectione.

De diuisione toni in semitonia.

De inuentioue semitonj minoris.

De consonantiarum partibus.

De Monochordi deffinitione.

De diuisione Monochordi in genere Diatonico, Cromatico, & Enarmonicho.

De Monochordi inuentore.

De interpretatione nominũ chordarum Monochordi. Et ad Musicam practicam deueniendo.

De modis, siue tropis.

De principijs Musicæ practicæ in genere.

De clauibus Musicæ.

De vocibus, & clauibus signandis.

De cantuum tribus generibus, scilicet naturali, bmolli, & bdurali.

De mutatione vocum.

De coniunctis, & locis earundem.

De modis, de cursu, & fine Tenoris

De applicatione Tenorũ ad Psalmos.

De intonatione Tenorum p octo tonos. Et sic de singulis, quæ omnia infinitum ferè esset explanare, sed cùm temporis prolixitas, id fieri non permittat, ideo vide quæ optime, & erudite colliguntur, & ex Boet. de musica,

musica, & ex allegata Margar. Philosoph. de princip. musicæ speculat. & musicæ practicæ libr. 5. nec non & per Zerlinum ad vnguem circa huiusmodi explanantem.

Et ne à iurisdictione iam inchoata discessisse videar, ad eam igitur reuertor, quam (pro Imperio sumptam) dupplici differentia
6 scilicet ex † mero, & ex mixto Imperio constitutam habes, & eorum vnũquodq. Maximum, Maius, Magnum, Paruum, Minus, & Minimum, secundũ subiectam materiam in se continet, prout q; pariter iurisdictio simplex, quę offitio iudicis mercenario, priuatam vtilitatem respiciens exercetur. Et maximę, & maioris, & magnæ, & paruæ, minoris, & minimæ, iuxta iuris dispositionem, locum sibi vendicat, quæ omnia, tùm ex Arbore iurisdictionum, per Bart. ante rubr. ff. de iurisdict. omn. iud. constituto, tùm ex illius declaratione eo loci assignata, explanata habes, ideoque illa declarare superfluum mihi videtur. Sed quia titulos Iurisdictionum, gradatim enucleare sũ pollicitus, idcirco breuiori quo potero modo, principales tantummodo recensebo, ne à tituli, & operis tractatu lõgiori via diuersum iter capere videar.

Porrò, quia ratione dignitatis, & seu titulorum, debet fieri personarum diuisio, iuxta qualitatẽ, quæ, & plus, & minus iurisdictionis in se continet, ideò, ad demonstrationem deuenio.

Apud Summum Pontificem primo loco constitutum, ex priuilegio, Cardinali Hostiensi, successiuè, locum competere demonstratur, post quem, Cardinalium sessiones ex consuetudine, ante Patriarchas constitutæ gradatim ennucleantur, eorundemq; prærogatiuæ, remissiue adducuntur.

Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis Hostien. ex priuilegio primum apud Summum Pontificem locum obtinet.*

2 Cardi-

2 *Cardinalis absq; titulo, iurisdictione caret, sed cum titulo creatus qualem iurisdictionem habere dicatur.*
3 *Cardinales, qualiter inter se ratione maioritatis, & minoritatis differentiam patiantur.*
4 *Cardinales Sacerdotes, Leuitici sunt generis, & vti Coadiutores, Sacerdotali offitio fungentes Summo Pontifici assistunt.*
5 *Cardinalium cætus, etiam mortuo Papa potestatem retinet.*
6 *Cardinalium prærogatiuæ, quæ nam sint remissiuè adducuntur.*

AGgrediendo, igitur, gradatim, particulatimq; Ecclesiasticas dignitates, Primo loco, Summi Pontificis dignitatem, atque auctoritatem omitto, quæ cum adeò ampla, & patens sit, ita vt illam diserēdi infinita sese offerat occasio, eandemque animi mei imbecillitas explanare non patiatur, ideò cùm saniori iuditio quam in me sit indigeat, ad alias speciales dignitates me confero,
1 & apud † ipsum Summum Pōtificem, Cardinalem Hostiensē ex priuilegio primum locū obtinere significo, is etenim Papā consecrat, & Imperatorem iniungit, sic Hostien. & Petr. de Anchar, in c. antiqua de. priuileg. Boer. de auct. magn. consil. num. 50.

Post vero Cardinalem Hostien. sedent Cardinales ex consuetudine, quæ in hoc seruatur, secundum Archid. in c. diffiniuimus 22. distinct. l. non tantum ff. de decur. Boer. citato loco nu. 52. Prępósit. dictus Card. Alexādr. in c. Episcopos 17. distinct. licet de iure reperiatur post Sūmum Pontificem, illicò Patriarchas habere locum, per text. in d.c. antiqua de priuileg.

2 Cardinales itaque † de per se absque titulo, aliquam non habet iurisdictionem, sed cum tit. creatus, quasi Episcopalem iurisdictionē habere dicitur, c. cum in ecclesijs de maior. & obed. Doct. in c. cum de eo de re iud. nec maiorem habet Episcopis dignitatem, sed maius quidem offitium, Bart. in l. 1. §. si quis in appellatione nu. 4. ff. de appell. Card. in clem. 1. de translat. pręlat.

3 Inter eos † tamen, adest illa differentia maioritatis, & minoritatis, non ratione tituli, sed ratione ordinis. Cardinalis namque Episcopus, Cardinali Præsbitero præfertur. Card. in clement. j. §. irritum de elect. & ex hoc videmus præsbiteros Cardinales, Diaconibus Cardinalib⁹ præferri, ratione ordinis supra memorati, & ex dispositione

text.

text. in d.c.cleros 21. distinct.

4 Porrò Cardinales † Sacerdotes, Leuitici sunt generis, & qui vti Coadiutores, Sacerdotali officio fungentes, Summo Pontifici assistunt, c. per venerabilẽ, §. rationibus qui fil. sint legit. ipsisq; solis Legatorũ de latere nomẽ, secũdum Rom. Ecclesiæ ritum, tribuitur, c. volentes, de offit. legat. & si etiam alter Legatus nõ Cardinalis à Papa creatus, lateralis dicatur, vt ibidẽ affert Spec. nu. 1.

5 Cætus itaque † Cardinalium etiam mortuo Papa, retinet potestatem, d. §. irritum, glos. in c. 1. de scismat. in 6. & hi vnanimes, vniuersalis Ecclesiæ capitulum dicuntur Bal. in l. penul. circa med. C. de bon. quæ lib.

6 Sed quas prærogatiuas † habeant Cardinales, vide Spec. d. tit. de legato §. 3. & in tit. de aduoc. §. nũc de exordijs, vers. vel si coram Cardinalibus. Hostiẽ. in c. ad deliberandum de Iudæis, glos. in cap. 1. in verbo, Sede vaccante de scismat. lib. 6. c. vbi in verbo intromittãtur de elect. eod. lib. nec prætermittas adducta per Io. Andr in c. 1. de offit. legat. in nouell. quo loci vndecim prærogatiuas, siue Cardinalium maioritates recenset: Adiungas, ea, quæ circa excellẽtiam status, & dignitatis Cardinalatus ennarrat Rodoric. Zamoren. in suo Spec. vit. hum. c. 8. libr. 2. Item vide, quæ adducuntur à Cassaneo, in suo Catalogo glor. mundi, par. 4. consid. 12. cum seq.

Patriarcharum ordinem demonstrat author, nõnullaq; illorum priuilegia, partim recitata, partim remissa, panduntur. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 Patriarchæ olim de iure, Cardinales præcedebant.
2 Secus tamen de consuetudine.
3 Patriarchæ, qui nam principales denominentur.
4 Patriarchæ, & Primates, qualiter differant.
5 Patriarcha, quare sic dictus.
6 Patriarcharum principalium dispensatio, quomodo se extendat.
7 Patriarcharum priuilegia, remissiuè allegantur.

Cardi-

1 Ardinales, Patriarcharum ordo sequitur, & si de iure † aliàs Patriarchæ Cardinalibus præirent. c. renouātes 22. distinct. Attamen, per consuetudinem contrarium hodie vt supra obseruatur, & ideo illos ordine successiuo, sequntur Patriarchæ Cōstantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochænus,
2 & Hierosolomitanus, qui † principales Patriarchæ vocantur. 22. distinct. per totum, ad differentiam aliorum Patriarcharū de quibus in c. nullus primas 9. quæst. 3. & qui primates dicuntur c. longe. 63. distinct.

Et licet inter Primatē, & Patriarcham, constituatur differentia ratione nominis, non tamen ratione rei differūt, vt colligitur, ex 99. distinct. spec. tit. de dispensat. §. sunt quoq; in princip. lib. 1.

Et Patriarcha dicitur, quasi summus patrum, c. clæros vers. patriarcha 21. distinct. Possunt hi dispensare cum illo, qui male fuit ordinatus, & qui per concilium prouinciale, fuit à collatione beneficiorum suspensus §. graue ad fin. de præben.

Habent alia priuilegia prout videre est, & ex Spec. 6. §. sunt quoq; & ex Card. in clem. 1. c. cum in plærisq; quæst. 16. de elect. quibus adde Fælin. in c. ex litteris in fin. de offic. deleg. & Bal. in cons. 478. lib. 1.

Archiepiscoporum praeminentia, ampliatiuè & limitatiuè deducuntur. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi, prouinciarum Ordinarij nuncupantur.*
2 *Archiepiscopus, in sua Diœcesi Episcopus dicitur esse.*
3 *Archiepiscopus sic dictus, idest, quasi Episcoporum Princeps.*
4 *Archiepiscopus, quomodo maior Episcopo intelligatur.*
5 *Episcopatus, dignitas dicitur.*
6 *Archiepiscopus iurisdictione carens, an, in dignitate constitutus dicatur.*
7 *Archiepiscopi quibus gaudeant prærogatiuis remissiuè.*
8 *Archiepiscopi quomodo sedere debeant remissiuè.*

Patriarchas autem sequūtur Archiepiscopi, qui
1 prouinciarum † sunt ordinarij c. 2. 9. quæst. 3. & in sua diœcesi, Archiepiscopus, Epi-
2 scopus † dicitur, clem. 2. & ibi.

Card. §. 1. de priuileg. dicitur namq; Archiepiscopus, ab, ar-
3 chos, idest Princeps, quasi,†Episcoporum Princeps cap. cleros 22. distinct. & 8. distinct. per totum.

Aduertas tamen, quod, licet Archiepiscopus maior dicatur omnibus Episcopis §. porrò 3. di-
4 stinct. id tamen intelligitur†in exercitio non autem in ordine Card. d. clem. 2. in princip. quæst. 2. de priuileg. quia pro-
5 priè†Episcopatus, dicitur dignitas c. inter de translat. dictus Card. in clem. 1. in princip. quæst. 1. de præben. & Archie-
6 piscopus, qui † nõ habet iurisdictionem, non dicitur habere dignitatem vt eo loci per Card. 2. quæst. habetur. Quamplurimis, tamen Archiepiscopi gaudent priuilegijs, de quibus in d. clem. 2. in c. aliud de priuileg. c. pen. de pœn. & remiss. & in c. aliud, in fin. de censib. in 6.

Quomodo, verò, Archiepiscopus præcedere debeat vide Boer. de author. magn. consil. nu. 60.

Episcoporum nonnullæ eliciuntur prærogatiuæ, et Palio vtentes, prælationis, meriti designantur. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi nomen sic Græcè dictum, quomodo latinè vocetur.*
2 *Episcopi, cleri caput dicuntur, sicuti Potestas caput laicorum, dicitur esse.*
3 *Episcopis pro absolutione pænitentium, nonnulli sunt reseruati casus.*
4 *Episcopi, ratione iuramenti, super prauitate, vel simulatione contractus, cognoscere possunt.*
5 *Abbate negligente, monachos delinquentes, Episcopi corrigere valent.*
6 *Episcopus, an parochiali rectore inuito, parochiam diuidere possit.*
7 *Episcoporum priuilegia, remissiuè traduntur.*
8 *Episcopis Pallio vtentibus cæteris eodem carentibus, præcedentia datur.*
9 *Papiæ Episcopi, Pallium deferunt, ex priuilegijs ipsi Episcopatui indultis.*
10 *Gulielmi Bastoni, Episcopi Papiensis, laudes.*
11 *Episcopi Scopus.*
12 *Episcoporum, præcedentia ex ordine quomodo procedere debeat.*

Ante-

ANtedictum gradum se-
quuntur ex ordine Epi
1 scopi, sic † Græcè, lati-
nè verò super intendentes, curã
subditorum gerentes nominati;
Azo in Summa Codicis. tit. de
2 episc. & cler, & hi dicũtur † cle-
ri caput, sicut Potestas caput lai
corum dicitur esse Bart. in l. nul
li. ff. quod cuiusq; vniuers. nom.
3 Habent namq; † amplam aucto
ritatem, a peccatis absoluendi,
ob idq; ipsis nonnulli sunt reser
uati casus pro absolutione pæ-
nitentium, glos. est ord. in c. 2.
de pen. & remiss. in 6. Spec. de
dispensat. & Archid. in c. vlt. de
pænit. distinct. 6.
4 Possunt etiam cognoscere † ra-
tione iuramenti super prauita-
te, vel simulatione contractus
Bal. in l. ordinarij ff. de rei ven-
dic. Alex. in l. si quis pro eo ff.
5 de fideiuss. & abbate † negligẽ-
te, possunt monachos delinquẽ-
tes corrigere c. quanto de offit.
ord. c. 1. de stat. monach.
6 Episcopus pariter † inuito, pa-
rochiali rectore parochiam di-
uidere potest. Abb. in c. ad au-
dientiam de eccles. ædific. per
glos. in capit. primo 10. distinct.
quod idem dicit de Summo
Pontifice volente Episcopatum
diuidere, quando subest legiti-
ma causa, vt eo loci explica-
tur.
7 Quamplurima † & ferè infinita
habent Episcopi priuilegia de
quibus Ioann. Bertachin. à Fir-
mo, in suo tract. de Episcopo.
Hoc tamen non omitto, quod Epi
8 scopi pallio † vtentes, cæteros,
eodem carentes antecedant, cũ
Pallium pontificalis offitij ple-
nitudinem contineat c. nisi de
vsu, & aut. palij. deferens itaq;
Episcopus palium, Archiepisco
pum se nominare potest vt di-
cit Cassan. de glor. mundi con-
siderat. 26.
Et cuius palij dignitatem, retinent
9 Episcopi † huius ciuitatis Pa-
piæ, in cuiusq; illud deferendi
possessione reperiuntur esse, a-
deò iusto titulo, atq; inuincibili
priuilegiorum fundamento, vt
ipsius ciuitatis agentes tempo-
re, memoriæ colẽdiss. Illustriss.
Hippoliti Rubei, Cardinalis, &
Episcopi Papiensis, à fæliciss.
record. Sixtò, Quinto Pontifi-
cæ maximo sub anno Domini-
cæ incarnat. Millesimo Quin-
gentesimo Octuagesimo Sexto
die Septimo Martij, dictorũ pri
uilegiorum, atq; ipsius dignita-
tis confirmationem, per ipsius
palij nouam tradditionem, in-
credibili ciuium lætitia reporta
uerint.
In qua pariter, deferendi pallium
possessione, hodierna die repe-
ritur esse, Antistes noster Gu-

10 lielmus † Bastonus, vir integerrimus, probitate suffultus, animarum saluti sollicitus, boni publici cupidus, qui iterum à præsenti Pontifice Max. Clemente Octauo, quem D.O.M. pro Christifidelium salute incolumem seruet, de anno Millesimo Quingentesimo, Nonagesimo tertio, sub die decimotertio Maij memoratorum priuilegiorum confirmationem, obtinuit, & cui, eius integritate, atque doctrina, administrationes, atq; rerum publicarum gubernationes præsertim in Alma Vrbe à fœlicis. recordationis Gregorio Decimoquarto Pontifice Max. commissæ fuerunt, & quarum sic bonus fuit minister, vt prætermissis alijs qualitatibus, in eundem optimè vigentibus, meritò Episcopatum Papiensem, atq. legationem apud Potentiss. nostrum PHILIPPVM III. Hispaniarum Regem, ab ipso Summo Pontifice CLEMENTE VIII. assecutus fuerit. Is (memor Diui Ambr. sententiæ in sum. pastor.
11 scilicet) sicut † Senatorē chlamis ornat, sicut agricultura rusticum, sicut Barbarum arma, sicut nautam nauigationis peritia, & singulos quosq; opifices, operis sui qualitas, ipsos demōstrat actores: sic Episcopum, nō aliter, nisi episcopalis operatio dessignat, vt ex bono opere magis, quàm ex professione, noscatur plus meritis esse Episcopus, quàm quod nomine vocitetur; eiusdemq, sententiæ adeò est amator, vt quidquid agat, illam præmeditetur, illam sequatur, illiusq; ad vnguem sit obseruator, cuiusque laudes publicare superfluum esset, quandoquidē illius operationes, eundem non dum satis laudatum relinqui nō permittant.

In reliquis Episcopi precedentiam
12 † tenent iuxta ordinem, tempore illorum ordinationis, ita vt primi ordinati, ad primos sedeant locos, secundi ad secundos, & sic successiue de cæteris, c. Episcoporum 74. distinct. c. cum antiqua de priuileg. & Cassan. de glor. mūdi, consid. 23. par. 4.

Abbatum ordo proponitur, illorum opportuna præcedentia demonstratur, postremo eorundem prerogatiuæ non prætermittuntur. Cap. XXIII

SVMMARIVM.

1 *Abbates, in ordine post Episcopos constituuntur.*
Abbas, hoc nomen, honorem, & dignitatem importat.

3 Abbati

3 *Abbatis nomen, non ordinis, sed potius sollicitudinis nomen dicitur.*
4 *Abbates quidam vti exempti, cæteros antecedunt.*
5 *Abbates, an, & quando Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, Archidiaconis, & Decanis præferendi sint.*
6 *Abbates benedicti, quam habeant auctoritatem.*
7 *Abbatum facultates dispensandi, remissiuè adducuntur.*
8 *Abbatissa nunquid veniat appellatione Abbatis.*
9 *Abbatissa, an ordinariam habeat prælaturam, & an dignitatem habere dicatur.*

VEniunt deinde Abbates † post Episcopos, per tex. in c. decernimus de iudit. auth. habita C. ne fil. pro pat. quod Abbatis nomē
2 importat † honorem, & dignitatem, Card. in clem. 1. de rescri.
3 non tamen † ordinis est nomen, sed potius sollicitudinis, Archi. in c. licet de præben. in 6. Abb. in c. causamq; de iudit. glo. fin. circa med. in c. tuam de ætat. & qualit. & ipsorum nonnulli sūt
4 exempti, habentes † magnam auctoritatem, ijque ratione talis exemptionis, cæteros Abbates præcedunt, c. ad apostolicæ de priuileg. in 6. atq; præferūtur
5 tur Canonicis † Eccl. Cathedralis, & quod magis est præcedūt Archidiaconos, & Decanos, quod tamen non procedere consuluit Barba. sic eo dicente in d. c. decernimus col. 3. in processionibus, quo casu Capitulum Eccl. Cathedr. Abbatibus præponitur. Dominic. de Sancto Gemin. in c. quamuis in princ. §. quamquam, notab. 3. de præbē. in 6. Felin. in c. postulasti col. 7. de rescript.

Habent autem Abbates, qui sunt
6 benedicti † auctoritatem conferendi aliquos ordines, vt notat. glos. & Card. in clem. 2. §. statuimus, de stat. Monach. & Ab
7 bates habent quamplurimas † facultates, dispensandi cū Monacis, de quibus habetur per Spec. §. sunt quoq; de dispensat. lib. 1.

8 Abbatissa verò, an Abbatis † appellatione contineatur, vide Raphael. Cum. in cons. 121. in
9 princip. & an ordinariam † prælaturam habeat, Vide S. Thomam de Aquino lib. 4. distinct. 25. artic. 3. & an etiam dignitatem habere dicatur, vide Felin. in c. meminim⁹ de accusat. col. 1. post medium vers. vlterius quero.

Deca-

Decanatus, Præpositura, Archidiaconatus, Archipresbiteratus, & Cantoriatus dignitates, inter sese præcedentia competere, et quomodo in Ecclesia Cathedrali Papiæ uniuscuiusq; illarum ordo succedat, apertum demonstratur. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 Decanatum voluerunt aliqui caput esse Collegij.
2 Decanus ressidens in Ciuitate dicitur habere dignitatem.
3 Decanus habet iurisdictionem, & primum locum in choro, & capitulo obtinet.
4 Præpositum alij voluerunt omnibus esse præferendum.
5 Præpositus, qui primum habet locum sedendi in choro, & voce capitulari dignitatem principaliorem habere censetur.
6 Archidiaconum aliqui dixerunt, post Episcopum omnes precedere.
7 Archipręsbiterum Archidiaconum præcedere debre tenuit Fęl.
8 Cantoriatus dignitatem post decanatum reponendum esse plæriq; censuerunt.
9 Vicarius Episcopi in actu Vicariatus existens, debet in Ecclesia Cathedrali, maiori in loco sedere.
10 Obseruantia loci, & consuetudo attenditur, circa præcedentiam, præcipuè in dignitatum successione.
11 Papiæ in Eccl. Cathedr. quo ordine præcedant dignitates.

Deueniamus modo ad ordinem Præpositurę Archidiaconatus, Archipræsbiteratus, Decanat⁹, Cantoriæ, & similium, quorum præcedentia per varias Doctorum sententias, modo vni, modo alteri accommodatur. Ali-
1 qui namq; volunt decanatum † caput esse collegi, & ipsum Decanum cæteris post dignitatem Pontificalem esse præferendũ: vt tenet Zoderic. Zamoren. in suo spec. vit. hum. c. 13. lib. 2: motus auctoritate Calisti Papę, & Martiris, quē sequitur d. Casaneus 37. consideratione. Ha-
2 bet siquidem Decanus† dignitatem, si ressideat in ciuitate, quia
3 etiam habet† iurisdictionem, & primum locum in capitulo, & choro, Rot. decis. 450. vers. fuit dubitatum, in nouis, Fæl. in c. ex parte decani, de rescript.

Alij

Alij voluerũt præpositum anteponendum quandoquidem cæte-
4 ris † præsit, per cap. quamuis, de verb. signif. quare præposit⁹ ecclesiæ Collegiatæ, qui habet
5 primum † locum sedendi in choro, & voce capitulari, censetur dignitatem principaliorem habere, Rota. decis. 451.

Nonnulli verò dixerunt Archidia-
6 conum † omnes præcedere, post episcopum, cum in ecclesia tãquam episcopi oculus cæteros antecedat, c. ad hæc c. mandamus, de offit. Archid. & præcedentiam etiam præposito ei cõpetere adducit Boer. allegato tract. de auct. magni consil. nu. 70. & ex eo, quòd Archidiaconus sit maior post episcopum, vt tenent Io. Andr. & Abb. in rubr. extr. de offit. Archid.

Pleriq; etiam tenuerunt Archipræ-
8 sbiterum ante ire † Archidiaconum, cum Archipræsbiter, ab archos dicatur, hoc est princeps quasi maior inter alios Præsbiteros, per text. & ibi glos. §. hæc autem, quæ præbere disposuimus. auct. de Sanctis Epis. & præcipuè in diuinis. Fælyn. in rubr. de maior. & obed. per c. quamquàm 2. quæst. 7.

Cassaneus vero præallegatus, vo-
8 luit Cantoriatus † dignitatem post Decanatum reponere, & præcipuè ex consuetudine Hæduensi supra citato loco 42. cõsideratione, iuncta auctoritate, Fel. in c. statuimus, de maior. & obed. quo loci d. Cassaneus verba præcisa d. Rodorici Zamorensis, de spec. vitæ hum. c. 15. circa Cantoris, & Primicerij prærogatiuam, & offitium recẽset, in Ecclesia tamẽ cathedrali
9 semper Vicarius † Episcopi existens in actu in quo est vicarius in maiori loco sedere debet, c. præcipimus 93. distinct. Ludo. Rom. sing. suo 340. quem adducit d. Cassaneus d. 4. parte sexta considerat.

De cæteris verò offitijs, seu dignitatibus esset discurrendum, ad infinitum, quæ seu quas prætermittendas cogitaui, ne à continentia tit. libri iam inchoati, lõgiori via segregemur, sed solũ hoc vnum est, vt per Doctores, concluditur, quod ratione præ-
10 cedentiæ attendatur † loci obseruantia, & consuetudo, vt eleganter tradit Boer. d. tract. de author. magn. consil. nu. 68. p l. obseruare §. hoc enim, versic. magni enim faciunt, ff. de offit. proconsul. l. minime, l. de quibus ff. de legibus, & præsertim quia ea est consuetudo obseruãda, quæ in dignitatum successione versatur. Bal. in c. 1. col. 2. in princip. vers. item nota quod dicitur, de fæud. marchio. in vsibus fæud.

De

De consuetudine autem Ecclesiæ
11 cathedralis Ciuitatis† Papiæ in ordine præcedit Præpositus Archidiaconum, Archidiaconus verò antecedit Archipræsbiterum, Archipræsbiter autem in ordine præponitur, Cãtori quẽ Cantorem sequitur Decanus.

Omisso Imperatoris tit. Regum originem atq; eorundem nonnullas prærogatiuas, explanat Author.
Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Reges quo iure originem habuerint.*
2 *Rex, quomodo in regno suo Imperatoris similitudinem retineat.*
3 *Philippi Hispaniarum Regis potentia.*
4 *Regis simplici verbo standum est.*
5 *Rex à iuramento sicuti Imperator exemptus reperitur.*
6 *Regibus Episcopi subesse dicuntur.*
7 *Episcopus Regi potius, quam Archiepiscopo parere debet.*
8 *Regum praeminentia, remissiuè panditur,*

IMperatoris auctoritatem explanare laboriosum mihi videtur, ideo hac eadem omissa, Regis titulum attingamus,
1 atq; dicam⁹, Reges† de iure gẽtium ortum habuisse, vt voluit Bal. in reperit. l. 1. col. 5. C. de emancip. liber. Paris. de puteo in trac. de Sindicatu cap. de Re
2 gibus, & Rex,† qlibet in regno suo Imperatori assimilatur Oldr. in cons. 250. incip. nos Reginus, Bald. in l. exemplo col. 2. vers. queritur hic C. de probat. Alex. in l. si mihi, & Titio ff. de verb. obligat. quod intelligas verum vbi Comes sit, vt eo loci declarat Alex. & Bal. in l. receptitia col. 1. C. de constit. pec. & quoties superiorem non recognoscat. vt tenet idẽ Alex. in l. hostes ff. de capt. & postl. reuers. prout est, de Potentiss.
3 Philippo† Hispaniarum Rege, Mediolaniq; nostro Duce, quẽ (Deo, dante) immensis diuitijs, quamplurimisq; regnis, atq; regionibus ferè incognitis, ditatũ omnes prospiciunt, & quem, Austriacamq, domum atq; ei⁹ progeniẽ pro animarũ, & Christifidelium salute, eiusdemq; regionum conseruatione, incolumes, durante præsenti seculo conser-

conseruando reddat, ita vt illum Potentiss. iuremerito vocemus, & sic, sub huius P. R. Hispaniarum nomine, subditi illius defensionis clypeo, omni penitùs postposito timore, ab inimicorũ insidijs, tutos sese reddant, cuiusq. fama, adeò per vniuersum orbem celebratur, vt Turchas, infideles, exteros, superbos, atq; indomitos, & quoscumq; eiusdem Coronæ hostes, maxima cum facilitate domet, & ab eius exercitibus pauidos, atq; timidos longè repellat, & vt alterum Alexandrum Magnum, Carolum V. eiusdem auum, necnon & Philippum eiusdem (fælicis. reordat.) patrem represẽtare debeamus, qui cũ illa actionum suarum demõstratione se gerit, vt longè maiora supranominatis trophea, atque triumpha, seipsum consecuturum fore, pro certo speretur.

Ad propositum igitur, in Rege tanta consideratur fides, vt ei⁹

4 † simplici verbo credatur, Bal. in l. 1. §. 1. ff. de offit. præfect. pret. Bart. in l. 1. C. de super-

5 ind. lib. 10. Et veluti † Imperator à Iuramento est exemptus, Bal. in §. fin. vlt. col. vers. quæro vtrũ sicut. de prohib. fęud.

6 alienat. quinimo Regib⁹ † sub sunt Episcopi c. tributum, vbi glos. 23. q. 8. qua de re Epi-

7 scopus † potiùs Regi, quam Archiepiscopo parere d̃bet Innoc. in c. cum parati de appellat. & Alex. in cons 124. lib. 1.

8 Sed quia abundè habetur de † Regum præminentia in tit. quæ sint regal. in vsibus fæud. & per Iacobum de S. Georg. in tract. fęud. in verbo Princeps, necnon & per Cassan. de glor. mundi 24. consider. par. 5. vbi ducentum, & octo enumerat Principis prærogatiuas, ideò vlterius me non extendo, sed supra citatos videas, quibus ꝑ saturitate, te remitto.

Arciduces, Ducibus anteponendi sunt, quos Duces, Marchiones, exinde Comites, & successiue inferiores dignitates ordinatè sequi debent. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Arciduces Ducibus præferendos esse,*

2 *Duces, ex ordine, Marchionibus, & Comitibus prælationem mereri.*

H Post

POst Reges, constituuntur Arciduces, Ducib'
1 † præferendi ab hoc nomine archos, quod præeminẽtiam, & superioritatem denotat, c. cleros 21. distinc. & glo. in rubr. C. de comit. & archiat. lib. 12.

Ordine verò successiuo, hos se-
2 quũntur Duces, cæteris † inferioribus dignitatibus anteponendi, regulato etenim modo ex rub. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Dux primo denominatur, sicq; descendendo de dignitate in dignitatem, ne lõgius me protraham, ad ea igitur quæ per Doctores adducũtur, præcipuè à Spec. tit. de iurisd. omn. iud. & per cæteros Digestorum eod. tit. atq; in l. 1. vbi Bart. Alex. Ias. Dec. & reliqui ff. de offit. ei' cui mãd: est iurisd. & ad ea offitia, de quibus diuersi, in corpore iuris tituli sunt constituti operepretium, ad beneplacitum, te remitendum censeo.

Notariatus indigentia explanatur, nonnullosq; offitium illud vile, alios vero nobile esse sentientes explicat Author. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *NOtariatus offitium valde necessarium.*
2 *Notariatus definitio, & quot modis notarius nuncupetur.*
3 *Notariatus dicitur ars, sicut & scientia legalis ars dicitur esse.*
4 *Notariatus; offitium dicitur & munus.*
5 *Offitium Notarij, publicum auctoritate, & vtilitate consideratur.*
6 *Notarius, ex offitio annexam habet dignitatem.*
7 *Notariatus offitium, quibus de causis, nonnulli, illud vile existimarunt.*
8 *Notarij offitium hodierna die, nobile iudicatur, notariosq; inter nobiles oadscribendos esse multorum auctoritate comprobatur.*

SEd quia, non solùm apud
1 minores † magistratus, sed etiam apud Principes, per vtile, & necessarium, est notarij offitium, vt enunciatur, ex constit. Maximil. Imperator. super offitii notariatus exercitio ædita de anno 1512 de Mense Octobris, cuiusque tenorem, in secunda parte nostræ compilationis (annuente Deo) videbitis, & vt tenet Zoderic. Zamoren. in suo Spec. vitæ humanæ cap. 19.

Ideir-

idcircò de illorum auctoritate & offitio congruum disserere duxi.

Et omittendo notariatus diffini-
2 tionem, quam † habes ex glo. in rubr. C. de tabul. lib. 10. quo loci pariter, cauetur quot modis, nuncupetur notarius, affe-
3 ro notariatum; artem † dici, sicuti & scientia legalis ars nuncupatur l. medicos C. de pròfess. & med. lib. 10. l. 1. ff. de iustit. & iur. Corn. in consil. 21. lib. 4. Angel. in cons. 303.

4 Dicitur etiam notariatus † offitium, & munus l. fin. glo. 1. C. qui milit. poss. libr. 12. Bart. in cons. 174. num. 9. incip. Ser
5 Ioannes. Publicum † namque auctoritate, & vtilitate illud ennunciat Bal. in l. fin. C. de aduoc. diuers. iud.

6 Dignitas † pariter dicitur esse l. 1. C. de mand. princip. l. 2. C. de dignit. libr. 12.

Veruntamen cum ex multorum sententia retorqueatur in odiū
7 quod scilicet offitium † notariatus, non nobilis, sed potius vilis reputationis existimetur, ex infrascriptis.

Primo ex l. vniuersos C. de decur. lib. 10. quo loci, decurionem notariatus offitio fungi debere prohibetur.

Secundo id inducunt, fræti auctoritate glosæ in d. l. vniuersos, rationem textus, adducentis, ne decuriones offitio antedicto sese immisceant, quandoquidem notarii, serui publici nuncupentur.

Tertio, quia offitium illud, cuilibet vilis conditionis, etiam spuriis conceditur ex tit. C. de ser. reipub. manumitten.

Quarto, ex quo notarius seruus reipub. describitur, l. non enim. ff. de adopt. l. non quasi rem ff. rem pup. sal. for. Ideoque reipub. seruire tenetur C. ne quis lib. inuit. act. reipub. l. 1. vlt. glos. lib. 11.

Quinto, quia munus publicum dicitur notarii offitium l. fin. circa principium C. qui milit. poss. libr. 11. Sed infames non remouentur à muneribus publicis, l. nec infames, C. de decur. libr. 10. ergo, &c. quod tamen à Bart. inducitur in l. eadem. §. hac lege ff. ad l. Iul. repetund.

Cephal. verò in consil. 237. num. 20. & 21. tenuit, quod si exerceatur à persona nobili, nobile dicatur offitium, sin minus, & à vili persona, vile reputandum esse consuluit.

Et quod vile existimandum sit, dixit Bart. in d. l. vniuersos, per quem text. & ibi glos. idem tenuerunt Oldrad. in consil. 75.

Bart. in l. 1. C. de mand. Princip. & ibi Dec. sub num. 31. Boer. decis. 222. num. 7. & 8. & cæteri sic sentientes, quos adducit præstantissimus D. Menoch. cons. 18. nu. 1. lib. 1.

Quæ tamen absolute (cum bona pace tantorum Patrum) intelligi non debent, quin etiā modificationem accipiant quinimò contrariam tenuerunt alij Doctores opinionem, & hanc vti iuditio meo veriorem sequor, quod scilicet notarij offi-
3 tium nostra † tempestate nobile sit, sic senserūt Luc. de pen. contra Bart. & cæteros in d. l. vniuersos, Alciat. in l. mercis appellat. ff. de verb. significat. Didac. lib. pract. quæst. cap. 19. vers. & sanè num. 5. & 7. quos sequitur d. D. Menoch. allegat. cons. 18. sub num. 17. qui etsi eodem cons. sub nu. 1. aduersam opinionem recenseat, hanc verò posteriorē vti veriorem amplectitur, & sic notarios hodierna die inter nobiles ascribi debere attestatur.

Qua de re si cōsiderentur causæ, efficiens, materialis, formalis, & finalis, vndiq; nobilitatem in notario fulgere videbimus, quodq; inferius sic patifacio.

A materia efficienti notariatus officium nobile demonstratur. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Artis notariatus, quæ nam dicatur causa efficiens.*
2 *Regia manus nihil præstat, quod nobile dici non debeat.*
3 *Notarios creare, quibus, facultas indulgeatur.*
4 *Notariorum creatio, per diuersos facta, non eandem circa exercitium inter eos, rogandi facultatem tribuit.*
5 *Notarij extranei instrumento, vbiq; locorum fides datur.*
6 *Notarius quando extra teritorium instrumentum conficere possit.*
7 *Principi est obediendum.*
8 *Notario soli in his quæ iuditialiter notat est credendum.*
9 *Notarius in quibusdam extraiuditialibus, solus credentiam meretur.*
10 *Notarius, nemini præterquàm in manibus Principis offitium suum renuntiare potest.*

Et

ET primo causam efficientem præponderando, vtique dicendum est, huius
1 † muneris principium esse Sūmus Pontifex, Imperator, Comites Palatini, atq; cæteri magistratus, ab eisdem Sūmo Pontifice, & Imperatore, circa ipsius Notarij creationem deputati, Spec. §. nunc restat, vers. sed quis potest facere num. 22. tit. de instr. edit. vnde cum notarij offitium, à persona nobilissima originem trahat, veluti riuus à fonte nobilissimo deriuans, & sicuti fructus à suauissima arbore ortū capiens, ideò nobilitatem in se continere necessario fatēdum est, quoniam sicuti nobile caput est, ita mēbra nobilia dicūtur, nihil enim
2 ex † manu regia accipitur, quod nobile dici nō debeat, l. nemo C. de dignit.

3 Sed quia dictum est, † solummodo, Summum Pontificem, Imperatorem, & Comites Palatinos, habere facultatem creandi notarios: sunt tamen & alij, qui ex dispositione iuris id facere possunt, veluti reges nō recognoscentes superiorē, Episcopi, Ciuitates, & vniuersitates, vt habetur ex c. per venerabilem extra qui fil. sint legit. Spec. allegato vers. sed quis potest facere, c. cum in Ecclesiarum de offic. ord. Hostien. in c. cum P. tabbellio de fid. instru. & in l. generali C. de tab. libr. 10.

Ea tamen inter notarios † crea-
4 tos à Summo Pontifice, Imperatorē, vel à Comit. Palatinis constituitur differētia ab alijs, qui secundo loco recensiti, dicuntur creati, nam primi vbiq; locorum in terris Summo Pōtifici, atq; Imperio (respectiuè refferendo) subiectis, possūt offitio suo vti, Spec. d. §. nunc restat vers. & nota quod tabbelio nu. 23. cæteri verò extra iurisdictionem, in qua creati dicuntur, offitium illud exercere non possunt, Bart. in l. nec ei §. eorum in fin. ff. de adopt. Bald. in l. reperita C. de Episc. & cleric. Rot. in nouiss. decis. 291.
5 licet † eorum instrumentis, vbiq; locorum detur fides, Spec. supra citato loco nu. 25. circa medium, quo loci huiusmodi articuli essentiam ample colligere poteris.

Prædicta tamen conclusio; quod scilicet extra territorium, seu iurisdictionem, in qua creatus est notarius exercere non possit dupplicem patitur limitationem.

6 Primo quoties † de consensu partium extra territorium fiat instrumentum, argumento l.

priua-

priuatorum C. de iurisd. omn.. iud. l. est receptum .ff. eod. tit. c. si diligenti, de foro compet. distinguendo tamen videas ea quæ circa hoc, proposuit Spec. in §. restat videre, vers. quid de hijs quæ fiunt ab Episcopo, tit. de instr. edit.

Secundo tempore pestis, quo casu notarius etiam extra iurisdictionem potest offitium suum exercere, ac eodem vti, dato ẽt quod statutum prohiberet testamenta confici non posse, nisi per notarium matriculatum Angel. in l. si vaccantia C. de bon. vaccan. lib. 10. & Alex. in l. fin. C. de testam. quod tamen procedere dicas, quoties de notario matriculato copia haberi non posit, secundum Angel. loco supra citato, vide Bal. in l. petitionem C. de aduoc. diuers. iud. Bart. Socin. in consil. 97. incip. abunde in princip. vers. postremo lib. 1.

Sicq; in proposito, (vt ennuntiatum fuit) cum principium huius muneris, & causa sit efficiẽs supremus Princeps. Ideò, quẽadmodum magistratus creat, qui populo iusdicere debent, quorumq; præceptis cogitur obedire populus ipse: sic & notarios creat, qui iusdicentium acta, & populi gesta, notis publicè excipitant, & quorũ notis, omnino populus stare tenetur: in vtroq; autem munere auctoritas ipsius Principis exercetur, aliter enim populus, nec eis obtemperare, nec istis credere compelleretur, Princi-
7 pi † etenim in ijs quæ percipit parere, & in his quæ dicit fidẽ adhibere, planè tenemur; est enim scriptum apud Salomonem, [Qui nõ obedierit Principi, morte moriatur.] ad hoc facit text. in c. 2. de maior. & obed. & in Ecclesiast. cap. 8. habetur [Os regis ego obseruo] notarij autem attestatio, Principis attestatio esse videtur: hincq; fortè est, quod notarius dicere solet, Ego auctoritate Imperiali attestor hoc: & quod soli notario credendum sit asserit Bald. in suo tract. de tabbell. dicens, quod notario
8 † in his quæ iuditialiter rogatus notauit, soli creditur, & quod
9 in pluribus † etiã extra iuditiũ notatis, soli notario adhibeatur fides, affirmat glo. in l. 1 donationibus C. de donat. cùm autem creare notarios spectet solum ad Summum Principẽ, vel alium cui ab eo talis facultas indulta sit, vt Bal. in allegato suo tract. & Ias. in l. 1. nu. 1. ff. de iurisd. om. iud. per consequens, in hoc munere, nobilitatem inesse colligitur, quia

vt

vt dictum est quodcumq; munus, quod mandato Principis sustinetur dignitas sit, per tex. in d.l. nemo C. de dignitat. &
10 ob id notarius † offitium suũ, alicui præterquam in manibus Principis renuntiare non potest, l. legatum ff. de offit. præsid. & Bal. in l. falsus colu. 13. C. de furt.

Materialis causa, notariatus offitium nobile constituit. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 Notariatus offitij, materialis causa quæ sit.
2 Notariatus offitium, qui subire possint, remissiuè.
3 Homine nobilior materia non inuenitur.
4 Notarius, circa quam materiam subiectam versetur.

QVæ autem materialis sit causa, ho-
1 minem † profectò ad huiusmodi munus subeũdum habilem, est dicendum, vt refert Ioan. de Canibus, in suo tract. de tabbell. in cap. de causa materiali, quo
2 loci, quinam † ad tale offitium admitti, & qui nam reppellendi ad vnguem enucleat, quæ
3 nam † igitur materia, ipso homine nobilior? qui cum ad imaginem, & similitudinem O. Dei creatus sit ex Genesis cap. 1. nihil ideò superinde in mundo, inter ea quæ creata sũt nobilius reputari potest. Denuò consideratur materia subiecta, circa quam versatur notarij offitium, & hæc sunt ne-
4 gotia † humana, & in hoc materia cum ipsa iuris prudentia conuenit, cuius subiecti nobilitas adeò refulget, vt omnib' de per se clarissimè ostẽdatur.

Notariatus nobilitas, quomodo formalis causa medio, elucescat. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 Notarios creandi forma ex stilo Collegij notariorum Papiæ.
2 Notarij exercitium, in quo consistat.

3 Honor

3 *Honor quid sit.*
4 *Honoris maius signum, quodnam existimetur.*
5 *Fides exigua vilioribus, magna vero nobilioribus est adhibenda.*
6 *Notario, qualiter honor deferatur.*
7 *Græci quosnam ad notariatus offitium admitebant.*

ET quàm nobilis sit forma, hoc, notarii creatio apertè demoustrat, per illius humilem petitionem, atq; genuflexionem, & ex benigna memoratorum per creantem mo nitione, necnon & ex iuramen to eidem creato præstitò, atq; ex actu inuestito de omnibus sibi concessis, per tradditionẽ calami, & pugillaris.

Nonnè etiam nobilis forma tibi videtur, circa receptionem no
1 tarij, quæ fit, † per admodum Venerandum Collegium nota riorum Papiæ? vtiq; sic: quãdoquidem porrectis præcibus, & seu requisitione per eũ, qui aggregari cupit ipsi Venerando Collegio, eliguntur viri ex eodem Collegio, de numero Consulum, & sapientum, qui (Græcos immitãdo) super natalibus, vita, atq; eiusdem moribus, summarias assumant informationes, quib⁹ assumptis, eisdem, vel alijs de numero, eidem collegio beneuisis, ipsius aggregationem petẽtis, exa men priuatum committunt, & eidem diligenter examine facto, nedum circa contractus, & vltimas voluntates, verùm & circa ea quæ in iuditijs versantur (& ob id ingredi volẽs, se, per tantum temporis spatiũ studio causidici alicui⁹, ex causa iuditialis praxis incubuisse, probare tenetur) eodem (inquam) examine facto, assistente notario, & Cancellario dicti Collegij, conuocatisque ipsius Collegij numerarijs, atq; ipsis requisitione, & informationibus assumptis per dictum Can cellarium lectis, vbi ex eis qua litates per statuta Papiæ requi sitæ eliciantur, coram eis, per ostiarium vocato requirente, & coram sese tam circa prædi cta, quam circa latinitatem, & scribendi Orthographiam, denuò eodem examinato, ijs (vt vulgo dicitur) ad bussolam, siue ballotas deuenientibus, nemine illorum discrepante, seu maiori illorum parte concordanti, prius per ingredientem lectis ipsius Collegii statutis, & per eundem iurato, circa illorum obseruantiam, illũ in Col legam recipiunt, in matriculaq; describi mandant.

Rursus forma, & actus exercẽdi,

quantum

quantum honoris existimatio nis, atque dignitatis in se contineat herclè est admirandum; siquidem notarij exercitium †
2 sit, Principum, vniuersitatum, & priuatorum conuentionib' interuenire, consiliorum omnium particeps fieri, cuncta ar chana intelligere, ea de quibus rogatur notare, notata fideliter custodire, de eis (cum opus est) fidem facere, & cuius notarij fidei, vniuersus stat populus. Quid istis maius? quid dignius? quidq; honorificentius existimari potest? Honor quip
3 pè nil † aliud est (secundũ Arist. Lib. 2. Rethoric. summũquè illum poetam, atq; eximiũ Philosophum Torquatũ Tassum in dialogo nobilitatis) nisi existimatio virtutis benefactiuæ, quibusdam signis extrinsecis indicata, ij enim in hono-
4 re † populi esse dicuntur, quos fortes Ciues, prudentes, magnanimos, iustos, aliauè virtute præditos, populus opinatur, & talem opinionem extrinsecis signis demonstrat; illi assur gendo, applaudendo, statuas, atq; arcus triumphales errigẽ do, alijsque huiusmodi signis demonstrando. Sed quæ tandem maiora honoris in aliquẽ signa; populus ipse ostendere potest, quam eiusdem notarij fidei consilia arcanaq; cuncta commitere? eiusque dictis, & scriptis plenam omnimodò ad hibere fidem? existimabat Cicero. maiorem honorem à populo Atheniensi, cuiquam non fuisse tributum quam Socrati tunc, cùm in publico de quadã re attestantem iurareq; volentem, eundem populus iurare minime permissit, eiusque dictis plenã adhibens fidem. Iustinian. Imperat. in §. Sancimus, Auct. de testibus. Siquidẽ
5 Sanciuit quod vilioribus† personis exigua, nobilioribus aũt, & in dignitate constitutis, magna adhibeatur fides: quod si adhibere magnã fidem alicui, in eo arguit nobilitatem, & dignitatem; maximum dignitatis argumentum, honorisque signum notario demonstratur, cui maxima omnium fides ad-
6 hibetur: Et quamuis † honor iste, ei deferatur potiùs ex persona Principis, quam ex perso na propria, quandoquidem nitatur auctoritate creãtis Auct. de tabbell. col 4. attamen, & ex propria persona honoratus videtnr, postquàm à Principe, ad id muneris, fuerit elatus: Vnde Sacræ litteræ in Eccles. cap. 10. indicant. [Super faciẽ Scribæ imponet honorem suũ]
7 Græci prudentissimi, † ad notaria-

tariatus offitium, atq; munus, quempiam nisi claris natalibus natum, fideq;, atq; prndentia cognitum, minime admittebant, vt scribit AEmilius probus, quem refert Alciat. l. mercis. ff. de verb. signific. & ex hac quidem forma, notariatus munus de per se honorabileq; & cum dignitate iunctum esse satis constare arbitramur.

In reliquis de forma creandi notarios, vide Spec. in. §. nunc restat videre nu. 37. de instrum. edit,

Muneris Notariatus, causa finalis nobilitatem aperit. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *NOtariatus offitium ad quem finem tendat.*

CAusa autem finalis huius muneris fuit, &
1 est, vt † hominũ acta, quibus ligantur, perenni memoria custodiantur, ad hoc, vt perpetuo seruentur, & vt societas humana tueatur, publicaq. manuteneatur tranquillitas, qua nihil carius, nihil pulchrius, nihilq. amabilius excogitari potest.

Nobilitatem notariatus, ex septem artibus liberalibus, & primo à Grammatica exordiendo, metaphoricè prouenire demonstratur. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *PRæceptor Grammaticus, an artem vilem exercere dicatur.*
2 *Grammatica cæterarum artium liberalium principium dicitur esse.*
3 *Grammaticæ diffinitio quæ sit,*
4 *Scribendi necessitas, notario est imposita.*
5 *Notarij, vnde dicantur.*
6 *Notarius, rectam locutionem habere debet.*
7 *Verba, à notario grosso modo emissa instrumentum non vitiant.*
8 *Notarius grosso modo loquens, ruditatem, & ignorantiam quandam indicat.*

9 Verba

9 *Verba grossa, à contrahentibus prolata, à perito, vel notario ad litteralem sermonem reduci debent.*
10 *Notarius, instrumenti verba per verba primæ, & tertiæ personæ conficere põt.*
11 *Notarius, per verba præsentis, vel præteriti temporis scribendo notare, non est prohibitus.*
12 *Latinitas falsa quando scripturam vitiet.*

ET licet prædicta sufficerent, ne vlteriori indagine perquirendum esset, an notarij offitium nobile, seu vile dici debeat, ad illorum tamen firmationem, & ad ipsius muneris, nobilitatis corroborationem, Capio cons. Socin. 246. nu. 19. lib. 2. in quo consilio, per modum quæstionis diserendo quærit, an scilicet præceptor, grammaticam
1 †docens, inter exercẽtes artem vilem connumeretur, ita vt vigore statutorum, teneatur onera soluere, prout cæteri exercentes artem vilem soluere tenentur, & tãdem deductis hinc inde dubitationibus, atque responsionibus, concludit, ipsũ grammaticum non esse de cõprehensis inter eos, qui artem vilem, & ignobilem exerceãt, & qui talia pedagia, gabellas, seu onera soluere teneatur.

His sic se habentibus considero, quod si præceptor grammaticus, ab oneribus prædictis exclusus reperitur ex eo, quod ars per eum nobilis, atque liberalis exerceatur, quãto magis notarius, grammatico ipso nobilior existimandus est? Siquidem nedum grammaticã, sed & omnes cæteras artes liberales imnitatiuè sequi debeat.

Et primo Grammaticam, vti cæ-
2 terarum † artium principium (secundum Quintil. dicẽtem) [nisi fundamenta grammaticę fideliter ieceris, isdem, quidquid supstruxeris corruit.] no-
3 tarius scire debet, & quam † scribendi, recteq. loquendi sciẽtiam, idẽ Quintil. sic deffinit.
4 Iccircò, scribendi necessitas† notario imponitur, tùm ex rubric. tùm ex §. 1. auct. de tab-
5 bell, quare notarij † dicebantur à notis, vel quia alias notabant, quæ dicebantur l. defensionis C. de iur. fisci; vel quia, digna notata scribebant, l. si tibi, vbi glos. C. de pign.

Sequitur ex diffinitione, scilicet recte loquendi, qua recta locu-
6 tione indiget† herclè notarius ipse, qui omni eius conatu, cõgruam latinitatem sequi debet, ne scilicet ex eius locutione, siue ex eiusdem scriptis in grammatica discordantias pro

ferat argumento c. quam gra-
7 ui de crim. falſ. & ſi † verba, groſſo modo per notarium pro lata, inſtrumentum non vitiet Bal. in l. Imperator ff. de ſtat. hom. c. dudum de conuerſ. cõiugat. Verum porrò illud eſt,
8 quod verba † groſſa à notario emiſſa, eundum rudem, & quodammodo ignorantem arguũt vt innuit Innoc. in c. cum clamor in fin. de teſt. Bal. in l. mã cipia in fi. C. d ſer. fug. & Cyn. in l. ſi ante C. de donat. ante
9 nupt. Quinimo, vbi † verba ipſa, groſſo modo per aliquẽ ex contrahentibus, vel à teſtatore prolata eſſent, ad literalẽ tunc ſermonem per peritum, vel notarium reducenda ſunt, vt voluit Bart. in l. ſi quis filiabus ſub nu. 3. ff. de reſt. tut. Bal. in l. lege col. 2. ſuper gloſ. incip. quando C. de legit. hæred. & Alex. conſ. 42. lib. 4. Notarius
10 quoq; in inſtrumento † verba, in prima, & tertia perſona ſcribere poteſt Bal. c. 1. §. notandũ tit. qui fæu. dare poſſ. Io. de Imol. & Alex. in l. Gaius ff. ſo
11 lut. matr. ſicuti etiam per † verba preſentis, vel præteriti temporis notare valet, Bart. in l. poſt dotem nu. 21. ff. eod. tit. ſolut. matr. & in l. prædia ff. d acquir. poſſeſſ.
12 An vero, & quando falſa † latinitas ſcripturam vitiet, vide Fælyn. in c. ad audientiam el primo de reſcript.

Caueant igitur notarij, vt eiſdem hæc præiuditialia obijciantur, ſed quo magis poterunt, & pro viribus, antequam ad huiuſmodi perueniant munus, latinitatem addiſcant perfectã, ne ex illorum ignorantia, ab omnibus circa offitium ſuum, cæteris, latinitate congrua munitis, poſtponendi iudicentur.

Quid ex Dialectica vtile Notario eruatur, id dilucidè explicatur. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dialectica quid ſit.*
2 *Diſtribuere, verbum, quid importet.*
3 *Notario, in contractibus, capitum diuiſio, compoſitio, ideſt ſimul coaceruatio, ſunt neceſſaria.*
4 *Parte contractus ſolummodò per notarium audita, & tota ipſius ſerie minime intellecta, inſtrumentum inualidum redditur.*
5 *Notarius cautè præuideat, ne quid occultum partibus præiuditiale, vel malitioſe*

litiosè ommittatur.
6 *Instrumentum à Notario in occulto rogatum, suspectum redditur.*
7 *Dolus in notario redarguitur qui instrumentum simulationem, vel vsurariam prauitatem continens conficit.*
8 *Notarius scienter instrumentum simulatum, vel vsurarium conficiens an, & quando teneatur ad damna, & interesse, & mortaliter peccet.*
9 *Ambiguum, quod est aufugere debet notarius, & cum distinctione procedere, vt valida conficiat instrumenta.*
10 *Notarius in instrumento verum à falso discernere tenetur.*
11 *Melius est cautè pauca agere, quàm multis periculose interesse.*

Dialecticæ cognitionem, Notarium haberet oportet, & quæ (vt in-
1 quit Cicero in Bruto) Ars † est quæ docet, rem vniuersam distribuere in partes, latētem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambiguam primo videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera, & falsa iudicantur, & quæ quibus propositis sint, quæque non sit consequentia.

Sic & notarius debet Primo, rem vniuersam distribuere in partes, idest contrahentium intentionem, in capita diuisim con-
2 stituere, distribuere † enim, est inter plures diuidere, Spec. §. 13. nu. 10. tit. de instru. edit.
3 ita vt facta † diuisione componat, simulq; coaceruet dispositionem contrahentium, seu voluntatem testantium, vt dicit text. in §. nos autem collat. 4. Auct. de tabbell. ibi [ipsis per se omnibus modis iniungatur] & ibi glos. subaudit, idest componat, & ideò dicitur rem uniuersam distribuere, quoniam
4 tenetur † notarius totum contractum, & non eius partē audiendo explanare, aliàs autem instrumētum ualere prohibet dict. §. nos autem.

Sequitur ex diffinitione, latentem explicare definiendo, cuius in
5 parte studere debet † notarius, vt scilicet quoties latens quidquam idest occultum, de quo in l. eos §. si quis C. de appellat. scienter circa contractus, & vltimas voluntates inesse putet, id rectè examinet, legaliq. consilio determinet prout docet l. illam C. de collat. §. considere mus Auct. de trient. & sem. & vt colligitur à simili ex c. deinde vers. quero 26. distinct. Et nè quidquam à contrahentib' malitiosè, vel ignoranter proferri, uel prætermitti, permittat, ita vt quippè nullitas contractus ex latere contrahentiū allegari, atque notario mali-

tia,

tia,& seu dolus imputari vale-
6 at, quia sicuti † instrumentũ in occulto rogatum, suspectũ redditur, licet valeat secũdum Innoc. in c. 1. de fid. Instrum. arg. c. vt nostrum, vt eccles. benefit. & secundum Spec. in. §. breuiter vers. & nota ꝙ tabbel. de instr. edit. ita etiam quando ex contractu ipso simulatio vel vsuraria prauitas, & seu aliud occultum vitium elicitur,
7 quoniam eo † casu notarius de
8 dolo redargutus, nedum ad † damna, & interesse tenetur, vt proponit Bart in l. generali C. de tabbull. libr. 10. sed & etiã mortaliter peccat, vt tenet Nauar. in suo Manual. 7. præcepto sub nu. 276. & hoc non solum procedere in notario sciẽte, sed & in dubitante, adducit Lud. à Peguera decis. 33. nu. 1. Quod tamen fallit quoties notarius, consultationis medio alicuius Doctoris huiusmodi cõficeret instrumentum, vt ibidẽ videre est.

Adijciuntur reliqua in definitione scilicet, obscuram explanare interpretando, ambiguam primo videre, deinde distingue
9 re cum sequ. quæ † necessario notarius scire debet ad hoc, vt valida conficiat instrumenta prout tenetur, iuxtaq. Bald. sẽtentiam in l. huiusmodi in princip. ff. de leg. 1. Alex. in l. si pręsens §. 1. ff. de aq. plu. arcen. p l. fin. C. de fideiuss.

Et ideò sicuti Dialectica respicit quid verum, quidue falsum sit,
10 ita igitur † notarius, & contractus, & vltimas voluntates, veri, & falsi discrimine cõstituto, cautè scribat, quoniam non adeò cautè scripta dici poterũt, quin etiam, vt plurimum in dubbium sic facta incidãt, me-
11 lius † etenim est pauca cautè agere, quam multis interesse periculosè, vt aperte demonstrat text. in. §. si vero Auct. de tabbell.

Rethoricam Notario opitulantem clarè demonstratur.

Cap. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Rethorica quomodo definiatur.*
2 *Notarius, quare scientium legalem adipiscendus sit.*

3 *Consilium*

3 *Consilium periti, veritatis substantiam requirit.*
4 *Pronuntiationem, vti Rethorica partem habere debet Notarius.*
5 *Pronunciatio quid sit.*

1 RETHORICA verò Notario suffragatur, & quæ † benedicendi scientia, in ciuilibus quæstionibus, ad persuadendum iusta, & bona, in rerum personarumque negotij causa, dicitur esse, vt habetur ex Margar. Philos. tit. de part. orat. Rethor. lib. 3. cap. 1.

2 Ex hac itaque definitione colligi potest, vt Notarius, scientiam † benedicendi, in ciuilibus quæstionibus habeat, idest artem, & scientiam legalem adipiscatur, iuxta disposit. textus, vbi glos. in d. l. generali, C. de tabbul. lib. 10. atque sic vt illum adeuntibus ex causa contractuum gerendorum, iuremeritò ea quæ iusta, & bona sunt persuadeat iuxta rerum, & personarum qualitatem, & vti optimus consultor, illud sequatur scilicet consilium † seu
3 periti responsum omnimodam veritatis substantiam requirere, Spec. §. 3. num. 2. tit. de aduoc:

De necessitate tamen, omnes in Notario qualitates, quas perfecta exoptat Rethorica, haud concurrere debent, & quæ Oratori conueniunt, sed debet
4 illam † saltem Rethoricæ partem habere, quam Philosophi pronuntiationem nominant,
5 & quæ † pronnuntiatio nihil aliud est, quam verborum digna prolatio, rebus, & sensibus, moderatione vultus, & corporis accomodata, nihil turbidè, barbareq; proferens, sylabarum mensura, & eorum legitimo accētu seruato. Sic definitur ex d. Libr. Margar. Philosoph. cap. 22. de part. orat. Rethor. lib. 3. & ex hac definitione, quid circa contractuū vulgarizationem, atque locutionem notario spectet, satis explicatum habetur.

Arithmetica immitatio Notario adnotatur. *Cap. XXXV.*

SVMMARIVM.

1 *ARithmetica, quare sic dicta, & quomodo definiatur.*
2 *Diuini nominis innocatio in instrumento præponi debet.*

3 *In-*

3 *Inuocatio Diuini nominis, quæ nam operetur.*
4 *Inuocatio Diuini nominis in instrumento omissa, præcipuè in arduis, & ad perpetuitatem tendentibus instrumentum nullum reddit.*
5 *Annus, temporis celebrati contractus, in instrumento est apponendus.*
6 *Annus, in instrumento à die Natiuitatis Dominicæ est computandus.*
7 *Indictionis deffectus vitiat instrumentum.*
8 *Dies, & diei quota, mensis celebrati contractus instrumento adiungi debent.*
9 *Instrumentum, die, & mense carens, nullitatis vitio laborat.*
10 *Hora diei in instrumento, de iure communi, an de necessitate interuenire debeat.*
11 *Principis regnantis nomen, an in instrumento necessario sit apponendum.*
12 *Horam diei confecti instrumenti, ex forma stat. Papiæ instrumentum continere debet.*
13 *Locus de substantia instrumenti dicitur esse.*
14 *Consuetudo introducta, vt nec dies, nec locus in instrumento minimè apponantur an valeat.*
15 *Scriptura priuata an requirat solemnitates, quas publica desiderat.*
16 *Locus, loci, in instrumento accomodandus est.*
17 *Testes non continens instrumentum, idem nullitatem præsefert.*
18 *Testes, instrumento an sese subscribere debeant, & sub num. 22.*
19 *Contrahentium nomina, atq; cognomina in instrumẽto, notarius scribere debet.*
20 *Testium nomina, & cognomina per notarium in instrumento scribenda sunt.*
21 *Nomina contrahentium, & testium, cur in instrumento apponantur.*
22 *Testium subscriptio non est in instrumento necessaria.*
23 *Subscriptio, nomine alterius scribere nescientis quomodo fienda, & quando quis nomine alieno subscribere possit.*
24 *Testium numerus, ad contractuum solemnitatem, remissiuè recensetur.*
25 *Testes, an solùm vocati, sed & rogati esse debeant.*
26 *Cautella abundans non nocet.*
27 *Verborum multiplicatio, veritatis substantiam non mutat.*
28 *Testes, an contrahentium cognitionem habere debeant.*
29 *Notarij subscriptio in instrumento qualis esse debeat.*
30 *Notarij nomen an statim post rogitum sit apponendum.*
31 *Notarius, an, & quando, omissione grauatus, errorem suum corrigere possit.*
32 *Omissio eorum, quæ in instrumento de consuetudine apponuntur, instrumentũ vitiat.*
33 *Notarium, quæ nam amplecti, et quæ fugere oporteat, remissiuè adducuntur.*

1 TRansitum faciamus nunc ad Arithmeticam sic † dictã, idest scientiam de virtute numeri, & quam numeri doctrinam esse definiunt Philosophi, circa quam notarius, vt plurimum versari debet: numerãdo ea ad quæ tenetur, & præcipuè ea, quæ tùm ad solemnitatẽ, tùm etiam

etiam ad substantiam instrumenti tendunt quæ sunt.

Primo vt in instrumento inuoca-
2 tio† diuini nominis apponatur l. 1. & 2. C. de iur. vet. enucl. Bart. in rubr. C. de nou. Cod. facien. in princip. §. si qua vero, vers. nos enim [ibi authore Deo] vt præponat. nom. Imper. Et quæ inuocatio Dñi
3 nostri IESV Christi tria † opera tur, scilicet bonum principiũ, meliũ mediũ, & optimũ finẽ. Auct. quomodo oport. Episc. in princip. Bart. in 1. constitutione Digestorum, Ias. in rubr. ff. de oper. nou. nunt. num. 3. Quodq; inuocatio prædicta fieri debeat docet c. in nomine 23. distinct. c. cum terra, & c. cum inter vniuersas de elect. Spec. §. 2. nu. 2. tit. de instrum. ædit. lib. 2. in auct. đ armis coll. 6 l. 2. C. de offit. præfect. præt. Aphr. Spec. in tit. de aduoc. §. 6. vers. suppositis igitur vitijs
4 circa medium. Ita vt omissa † ipsa inuocat. & præcipuè in arduis, & ad perpetuitatem tẽdentibus nullum reddatur instrumentum, sic tenet Spec. in §. breuiter nu. 2. tit. de instrum. ædit. vide Bart. in auth. vt prę ponat nom. Imper. in princ.

2 Secundo, vt Annus † tempore celebrati, cõtractus, minime omittatur, Spec. supra prox. lo
6 co citato sub nu. 4. Nec † Annus à die Circuncisionis, seu Purificationis Domini nostri, sed à Die natiuitais, prout obseruatur in hoc foro Papiens. & à Natiuitate cõputandus est, prout sic decidit Rot. in nou. decis. 53.

Tertio, vt Indictionis inscriptio in instrumento apponatur, iuxta dispositionem Epistolæ vnicæ in fin. C. de Iustin. Codice cõfirmando c. inter dilectos, extra de fid. instr. quinimo deffe
7 ctu † indictionis vitiatur instrumentum ipsum §. quantum vero auct. Quib. mod. nat. effic. legit. d. c. inter dilectos. Bart. in l. si librarius nu. 3. ff. de reg. iur.

Quarto, vt post Indictionem dies
8 † & eius quota, atq; mensis celebrati instrumenti, apponantur, vt notat glos. in d. l. generali C. de tabb. lib. 10. defi-
9 cientib' itaq; die † & mẽse instrumẽtum procul dubio nullitatis vitio laborare asserit text. in l. si qua C. de diuers. rescript. & communiter non valere tenet Spec. in §. instrumẽtum nu. 4. d. tit. de instr. ædit.

10 An vero de necessitate hora † diei, de iure cõmuni in instrumento sit apponenda, & quando, vide glos. in verbo dies, ad Spec. tit. mox recensito in §.

breuiter sub num. 7.

Quinto post diem, atq; mensem,
11 apponitur, nomen † Principis regionis, in qua conficitur instrumentum, tunc regnantis, vt voluit Spec. d. §. breuiter, nu. 8. licet de consuetudine, & præcipuè in foro Papiensi hoc non obseruetur, sed statim post diem, & mensem consti-
12 tuatur † hora diei, quæ ex forma stat. Papiæ apponi debet.

Sexto, Locus in quo conficitur, ipsũ instrumentum non est o-
13 mittendus, & quem de † substantia, non autem de solemnitate requiri declarat Alex. in l. de pupillo §. qui nuntiat. ff. de oper. nou. nunt. glos. in d. l. generali de tabb. libr. 10. ita
14 vt quippè non valeat † consuetudo introducta, vt in instrumẽto non apponantur dies, nec locus: Sic decidit Rot. in antiq. decis. 440. & decis. 359. quæ alias est decis. 349. secundum Lud. & Alex. d. §. qui nuntiat. & quod non valeat instrumentum, carens appositione loci tenet Spec. d. §. instrumentum in vers. quid si locus contractus, licet Bal. in l. comparationes 3. col. C. de fid. instr. teneat locum non esse de substantia, præcipuè quando est consuetũ loco certo fieri, per Cynũ in l. optimam C. de contrahen. & commiten. stipul. & isdem Bal. in l. contractus C. de fide instr. sed quidquid sit loci, & tẽporis appositio, est de substantia scripturæ publicæ, vt aperte significat nobis text. in d. l. optimam, & vt colligitur ex c. quoniam contra, extra de prob. ad differentiam scripturæ
15 priuatæ, in qua † prædicta minime concurrere debent, nec necessaria ẽẽ aperit nobis tex. in l. cum tabernam §. idẽ quæ sijt. ff. de pign. quod quidem verum esse dicunt contra scribentem, vel hæredem seu, contra alium Ioa. Andr. & Butr. d. c. inter dilectos d fid. instr.

Idcircò instrum. apponi debet, scilicet actum in tali loco ad hoc, vt instrumentum perfectum esse significetur, Bal. in auth. ꝙ sine, col. 1. vers. ideo etiam tabelliones C. de testam. Cyn. in l. contractus C. de fid. instr. huiusmodiq; clausula specialis, non autem generalis esse debet, vt singulariter dicit Ang. in §. illud in fin. col. 6. auct. quibus mod. nat. effic. legit. & in auct. vt præponat nom. Imper. vers. Item apponitur locus col. 1.

Et abbreuiatura non continens, actum in tali loco, & sine clau

sula

sula, Et Ego N. Notarius, &c. dicitur imperfecta, nec per notarium in publicam formam releuari potest, vt notat Cyn. in d.l. contractus, & in l. hac cõsultissima in fin. princip. C. de testam. & Alex. in consil. 142. libr. 2.

16 Septimo locus, † loci de necessitate apponendus est, vt attestatur Bald. in dicta l. optimam, atquè Specu. in dicto §. breuiter nume. 9. Immò si omittatur præsumitur, instrumentum falsum, quia de consuetudine debet apponi secũdum Bart. in l. si quis ex argentarijs in repetit. §. si initium ff. de edendo, licet Bald. in consil. 277. lib. 3. dicat sufficere locum tacitè esse, appositum per coniunctionem causæ.

Octauo, ex inde post locum, atq;

17 loci locum, in ordine † ponuntur testes, vt notat glos. in verbo adijciatur §. sed & si auct. instr. caut. qui licet d iure vna cum contrahentib⁹, & notario subscribere contractui, & seu instru. debere videãtur ex glo. d.l. generali C. de tabb. libr. 10. de consuetudine tamen, & nostris temporibus, hoc in vsu minime est receptum, sed

19 de manu † Notarij scribuntur contrahentes cum eorum cognomine, atque habitatione, atque contrahentium ipsorum patrum nominibus adiectis, sequendo opinionem Bartol. in l. insula, ff. de acquirend. rer. domin. necnon

20 & testium † nomina, atq; cognomina, cum illorum pariter habitatione, & Parochia, sub qua moram degunt si fuerint in Ciuitate, vel suburbijs, si verò extra loca prædicta solummodo territorio loci illorum habitationis exposito subnotantur ad for. text. in l. certum ff. si cert. pet. c. fin. extra de rescript. Spec. §. 1. num. 2. tit. de empt. & vendit. Nominaquè testium an in principio, medio, vel fine instrumenti apponi debeant, id secundum regionum ritum diuersimodè accomodatur, glos. in dicto verbo adijciatur, auct. de instrument. caut. & ideò superius recensitorum

21 nomina, † atquè cognomina iniunguntur, ne sine illis de nomine dubitari possit, l. ad testium §. si quis ex testibus ff. de testamentis, l. hac consultissima, C. eodem tit. Nec requirur subscriptio

22 † de manu testium in ipso instrumẽto, & seu pub. scriptura

tabellionis, sicq; seruatur ad differentiam scripturæ priuatæ, in qua de necessitate non debet se testes subscribere, vt dictum est. Sed quoties ex eisdem testi
23 bus aliqui scribere † nesciant, nomine aliorũ subsignare pot, vnus ex eis qui scribere sciat, vt habetur ex l. contractus C. de fid. instru m. & l. scripturas C. qui pot. in pign. habeant. An verò, & quando vnus testis pro alio scribere, & seu subscribere possit, vide glos. in verbo non subscriptum d. l. hac consultissima ex quo quidem textu de necessitate testes, instrumento interuenire debere habetur, & ibi pariter glos. casus,
24 in quibus quot † testes ad solẽnitatem, & seu substantiam cõtractuum interuenire debeant sigillatim enumerat circa hoc vide omnino Spec. in §. restat. tit. de teste. Et an testis debeat
25 † non solum esse vocatus, sed & rogatus, vide d. glos. in d. verbo adijciatur, quæ affirmatiuam partem tenet, scilicet ꝙ sic, & si Spec. solummodo, in aliquibus casibus testium rogitum necessarium significet d. §. breuiter, vers. post locum testes. Sed quidquid sit, vt euitetur omnis dubitatio testium rogitur summoperè comendo;
26 abundans † siquidem cautella minime nocet l. testamentum C. de testamen. nec verbo-
27 rum † multiplicitas, veritatis substantiam mutat l. pędiculis §. labeo, ff. de aur. & arg. leg. l. quæ dubitationis ff. de regul. iur. Hoc tamen iniungo cogni
28 tionem contrahentium † habere debere, testium interest, §. si vero absũt auct. de hered. & falcid. l. testium C. de testibus §. si quis igitur, & §. oportet auct. tit. de instrũ. caut. & fid.

Nono, Postremo adijcitur nomẽ
29 notarij, † cum prẹnomine, & auctoritate recepta, simul, iũcta regione in qua admissus, vel in matricula descriptus est. Spec. d. §. breuiter vers. post testes autem sub num. mihi 11.
30 Et an nominis † notarij appositio, sit de substantia in principio, medio, atq; fine instrumẽti de hoc, habetur in secunda parte presentis voluminis; an
31 † autem pariter notarius de omissis corrigere possit errorem suum, & quando, vide Spec. d. §. instrumentum nu. 5. & 6. d. tit. de instr. ædit. Tandem cõ-
32 cluditur, quod ea quæ † de cõsuetudine in instrumento apponi solent, quoties ommitantur ex tali ommissione instrumentum illud reditur vitiosũ, & quod perpetuo notandum addu-

adducit Bart. in .§. 1. auct. vt præponat. nom. Imperat. nũ. 12. idem tenet Spec. d. §. instrumentum nu. 9. vers. item generaliter instrumentum, quãuis notarius præsumatur apponere in instrumento clausulas cõsuetas, secundum naturam cõtractus, glos. & ibi Bal. in l. fin. C. de fideiuss. Paul. de Castr. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Faely. in c. ex litteris de fid. instr. & in c. sicut, de re iud. col. penult. circa fin. Quamplurima quidem alia, numeris per notariũ fiendis supposita sunt, nedum in foro poli, verũ & in foro fori, quę breuitatis causa silentio pręte-
33 reo, et quę † ab eo omnino fugienda sunt circa cõtractuum fabricationem, de quibus (digna quidem scitu, atq; memorię retinenda) scribit d. Roderic. Zamoren. memorato libr. de spec. vit. humanæ c. 20. quę vbi passim, atq; diligenter considerentur, vtiq, notarius ipse, quid ab eo amplectendum, & quidnam fugiendum, optimo eius iuditio numerare, addere, subtrahere, multiplicare, diuidere, & calculare poterit.

Geometricam artem, immitando, Notarius spernere non debet. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Geometriæ subiectum quod sit.*
2 *Notarius mentem legi conferendo quidquam illicitum stipulari minimè permittat.*
3 *Notarij honorem maculatum quæ nam reddant.*
4 *Notarius instar iudicis qualis esse debeat.*
5 *Notarium contrahentium qualitatem intueri oportet.*
6 *Minoribus per legem succuritur.*
7 *Tutoribus, & curatoribus minores indigent.*
8 *Minoribus, tutoribus, & seu curatoribus carentibus circa solemnitatem contractuũ, quæ nam forma seruanda sit.*
9 *Fœmina sexum masculo fragiliorem habet.*
10 *Fœmina homine minorem habet audatiam*
11 *Fœmina tamquàm iuris ignaræ per legem subuenitur.*
12 *Furiosus, quare à contrahendo reppellatur.*
13 *Furiosus testari non potest.*
14 *Furioso dilucida habenti interualla, testamenti factio conceditur.*
15 *Statutum an possit furiosum ad testandum habilem reddere.*

16 Fu-

16 *Furiosus fictus, an gaudeat priuilegio veri furiosi.*
17 *Furiosus verus, pupilli, & minoris gaudet priuilegijs.*
18 *Furiosus, ignoranti, æquiparatur.*
Item mortuo.
Item & dementi.
19 *Prodigus, quomodo, & quando alteri obligetur.*
20 *Prodigus, quotupliciter quis dicatur.*
21 *Prodigus an habeat priuilegia minoribus concessa.*
22 *Prodigus quomodo pupillo æquiparetur.*
23 *Prodigi, & furiosi quomodo, & quando detur æquiparatio.*
24 *Mentecaptus perpetuo morbo laborans, quare contrahere prohibeatur.*
25 *Furiosus, & mentecaptus quomodo differant.*
26 *Excommunicatus quomodo, & quando contrahere possit.*
27 *Excommunicatus alteri se obligando, nō tamē sibi aquirens stipulanndo contrahere potest.*
28 *Excommunicato defensio necessaria non vero voluntaria suffragatur.*
29 *Excommunicatus quo casu testamentum facere impediatur.*
30 *Excommunicati testamentum quando conualidari dicatur.*
31 *Muto, & surdo an concedatur testamenti factio.*
32 *Caeco testandi facultas conceditur, seruata tamen forma, l. Hac consultiss. C. qui test. fac. poss.*
33 *Testari quæ nam personæ sint prohibitæ, remissiuè recensentur.*
34 *Contrahendi facultas quibus personis prohibeatur, remissiuè adducitur.*

ARithmeticam, Geometria sequitur, cu-
1 ius † partes ad pondus, & mensuram tendunt, & eæ intellectus speculatiui medio per notarium sunt amplectendæ. Quapropter circa pōdus illum apud se significatum notarius habere debet, scilicet vt ne tam circa contractus, q̃ vltimas voluntates, quidquā illicitum fieri permittat, sed il-
2 lius † mentem legi conferendo procedat, l. & puto §. 1. ff. fam. hercis. Bal. in l. 2. ff. si pēdent, appellat. per l. nam & ipsum ff.
3 de iustit. & iur. atq; vt † ne quidquam aliquo odio, rancore, malignitate, cupiditate, nimioq; alicuius ex partib⁹ ipsis amore claudicet, quæ omnia honoris illius statum maculatum reddūt, c. quatuor 11. quęstione 3. sed vt salubriter, & punctualiter affert Foler. in sua praxi criminal. in rubr. 1. vers. studeat se ornare bene, num. mihi 60. minime obliui-
4 scatur, siquidem instar † iudicis debet esse fortis, & firmius, atque

que æquus vt libra non declinans, nec claudicans ad dexteram, nec ad sinistram, sed æqua lance debet esse medius inter partes, atquè omnimodò præseferre debet truncum fortitudinis, corticem veritatis, medullam æquitatis, & quam ante oculos quilibet habere debet per text. in l. quod si Ephæsi ff. de eo quod cert. loco.

Quo verò ad ea, quæ mensuram requirunt, circa eadem notarius expers esse debet, sicquè

5 † contrahentium, atque testantium ætatem, sexum, & qualitatem iuxta legis dispositionem intueri, atque mensurare tenetur.

Et primò ætatem prospicere debet, ne minores illorum animi imbecillitatis ratione, ex contrãctu defraudentur, qui-

6 busq; † viriliter succuritur, ex legis prouisione, l. causæ, §. interdum ff. de minor. 25. ann. sed cum tutorum, & seu curatorum interuentu procedere

7 necessarium est, quibus † maxime ij indigent, l. 1. ff. tit. proxime superius recensito, vel

8 cum † iusdicentis, & propinquorum eorum àttinentium, in deffectum tutoris, & curatoris decreto, & consensibus, quæ de solemnitate requiruntur, præcipuè ex forma statutorum Papiæ sub rubric. in ciuil. tit. de modo, & forma obligan. filium fam. minorem sub num. statutorum mihi centesimo decimo nono.

Secundò, animaduertere debet Notarius ipse sexum, siue masculinum, siue fæmininum, & præsertim modum contrahen

9 di per fœminam, cuius † sexum, masculo fragiliorem esse dicit, Spec. in rubric. tit. de actore versic. sed vtrum masculo luxurioso dabitur curator nu. 12. in fi. in fæmina si

10 quidem † homine minor audatia consideratur, quod apertè nobis indicat text. in l. quisquis versic. ad filias C. ad l. Iul. maiest. quod tamen limitatiuè in actibus Venereis procedere adducunt ibidem Cyn.

11 & Salye. & quibus † tamquã iuris ignaris per leges subuenitur Ang. in §. 1. colu. 2. in fine Auct. de incest. nupt. & ex Senatusconsul. Vell. ac per N. C. Mediolani in tit. d Notar. pub. in §. nulli notarij huius dominij cum reliquis à iure cõi recensitis.

Tertiò, contrahentiũ qualitas p notarium intuenda est, an scilicet ex eis quisquam sit furiosus, prodigus, mentecaptus, excommunicatus, mutus, surdus, & in

& in effectu talis, vt omnino à iure contrahere prohibea-
12 tur, & ideò furiosus † repellitur à contrahendo, ex quo dicitur carere voce, quia dum loquitur sicut dormiens, ea quæ ab ipso dicta sunt nõ intelligit, Bal. in l. sancimus in princip.
13 C. ad Trebell. & sic eum † testari non posse declarat tex. in l. furiosũ C. qui test. fac. poss. & l. is cui lege, atq; l. qui testamento §. nec furiosus ff. de testam. Hoc tamen fallit in fu-
14 rioso qui † dilucida habet interualla, Alex. d. l. furiosum, Bart. in l. nec codicillis in fin. C. de codicill. & Alex. in cõs.
15 86. lib. 2. ita vt etiam nec † statutum furiosum, testabilem reddere possit, Bar. in l. si quęramus nu. 6. ff. de testam. hoc tamen intelligendum est in eo, qui verè furiosus est, non autẽ
16 in eo, qui se † furiosum fingit, vt decidit text. in l. obseruare ff. de curat. fur. gaudet siqui-
17 dem furiosus † pupilli, & minoris priuilegijs, Bal. in l. 2. C. qui admit. Barthol. Cæpol. l. eum qui vectigal. ff. de verbo. signif. adde Fæly. in c. cũ enim 3. col. circa fin. extra de præ-
18 script. Ignorantiq. † æquiparatur l. filiusfam. la prima, & ibi Bart. in princ. ff. de testam. Item mortuo Bal. l. humanitatis col. 4. C. de impub. & alijs substit. Isdem Bal. in l. certum col. 10. C. vnde cogn.

Prodigus secundo loco, vt supra
19 positus, non † obligatur contrahenti scienti ipsum esse prodigum, & qui ipsum peccuniam malè consumpturũ minime ignorat, & si per Iudicem ei non fuerit administratio interdicta, tex. singularem habemus in l. si quis cum sciret in fin. ff. Pro empt. Secus tamen conclusio procedit, quoties cõtrahens cum ipso prodigo, nescit in quem malũ pecunia cõuerti debeat allegata l. si quis cum sciret, & Alex. in l. his cui bonis col. 3. ff. de verbor. oblig.
20 Prodigus verò tripliciter † quis dici potest, & Primò is, qui vltra substantiam suam expendit, Angel. in Auct. Vt deter. sit num. cler. col. 1. Secundò ille qui in sermone sapiens est, in factis verò insipiens l. his qui §. diuus, & ibi Bart. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Tertiò qui animi vitio, retinenda perfundit, sed largus est, qui ex ratione libenter expendit, glo. in verbo prodigalitatis in cap. ex parte de consuetud. & pro-
21 digus an habeat † priuilegia minoribus concessa, videas Fæly. in c. non liceat col. 3. circa princip. de præscript. Aequiparatur

22 paratur namquè † pupillo in contrahendo secus in delinquendo, Bart. in §. si curatorē in prima col. vers. ad secundū C. de restit. in integrum. Item
23 & furioso glos. † & ibi Bart. in l. is cui lege vlt. quæst. ff. de testam. Bal. in l. ponit in 4 quæstio. C. de iur. delib. quod verum tamen est ad hoc, vt non obligetur l. fulcinius §. adeo ff. ex quibus cau. in possess. eat. Alex. l. is cui ff. de verb. obl.
24 Mentecaptus, qui † perpetuo morbo laborat, siquidem & ipse contrahere prohibetur, cùm & isdem curatore datiuo indigeat §. furiosi instit. de curat. differt tamen mentecaptus à furioso. prout tenet Bal. in d. l. furiosi C. de nupt. Angel. & Imol. in l. ex facto ff. de vulg. & puppill. substit. Bald. in d. l. humanitatis col. 4. C. de impuber. & alijs substit. Et in cons. 54. lib. 4. ibidem enim furio-
25 sum † cum impetu, & rabbie, mentecaptum vero sine rabbie dici oportere significat, Et leges loquentes de vno ad alterū non sese extendere adducit Alex. in l. si cum dotem §. si maritus ff. solut. matr.

Nunquid vero, excommunicatus contrahere possit, quod sic, tenet pract. Papiens. in for. act. libell. real. in verbo protestante sub nu. mihi 23. idem tenet Innoc. in c. veritatis de dolo, & contum. Alex. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. quod
26 † equidē ꝓcedit vbi actus gestus contra excommunicatum tendat secus quando eius fauorem respicit, Felyn. c. Rodulphus de rescript. in vers. sed declaratoria in fin. & in c. si vere de sentent. excomm. in vers. vtrum contractus, vid. Io. Andre. in c. 1. de offit. Vic. in fin notab. 6. Quod quidem coad-
27 iuuatur ex eo quod † excommunicatus alteri se obligare, non tamen alterum deuictum habere potest. Geminian. in c. primo §. 1. de iur. patr. in 6. Spec. § fin. vers. quid si excommunicatus, tit. de procurat.
28 Sicq. videmus quod tali † excommunicato, defensio necessaria secus voluntaria suffragatur, Bart. in l. de pupillo §. seruo num. 3. ff. de oper. nou. nūt.
29 Testamentū † pariter facere impeditur, quoties in excommunicatione hæresis causa per annum stetit sic iubente tex. in l. credentes C. de hæret. & ma-
30 nich. An autem † & quando excommunicati testamentū conualescat, vide Bal. in l. eā quam col. 16. C. de fideicom. atq; Fælyn. in c. ad probandū col. 1. in princip. extra de re

iud. & in c. sic vere de sentent.
excommunic. Nunquid ve-
31 rò, † mutus, & surdus possint te
stamentum conficere vide om
nino tex. l. qui in potestate §. j.
& text. in l. si mutus, aut sur-
dus ff. de testam. docentes, quo
modo, & quando ij tales testa-
32 menta facere possint. Cæci †
verò testamentum nullum est
quoties forma, l. hac con-
sultissima C. eod. tit. minime
33 seruetur, De cæteris † autem
à iure communi testari prohi-
bitis ad saturitatem, vid. glos.
d. l. si q̃ram⁹ ff. supra memora
34 to tit. de testam. & quæ † per
sonæ à iure ad contrahendum
prohibeãtur, vide omninò pra-
ctic. Papien. in for. libell. act.
real. vers. veris, ac legittimis
tit. sub nu. mihi 3. cum seq.
Quæ omnia vbi diligenter per
notar. animaduertantur, librã
ipsam vtiq; æqua lance præ
manibus tenebit, Geometri-
æquè partes vere immitari vi-
debitur.

Musicæ imitatio quid in Instrumento operetur.
Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quænam principaliter continere debeat.*
2 *Rogitus notarij necessariò, ad instrumenti validitatem requiritur.*
3 *Rogitus vnius vel plurium quando concurrat.*
4 *Notarius primo rogari, & stippulari, deinde instrumentum conficere, & publicare debet.*
5 *Stippulatio, quando in instrum. necessaria sit.*
6 *Stippullatio quid sit.*
7 *Stippulatio, non semper in instrumento est necessaria.*
8 *Stippulatio, & contractus differunt.*
9 *Stippulatio fieri potest de omnibus, de quibus potest fieri contractus.*
10 *Actio diuersimode in iure datur.*
11 *Actio ex stippulatu quando detur.*
12 *Stipulatio licet in instrumento expresse non interueniat, in iure tamen quandoque, contractui inesse præsumitur.*
13 *Stippulatio, in quibus casibus specialiter à iure permissis sit necessaria.*
14 *Stippulatio an requiratur in ijs, quæ tendunt ad vltimas voluntates.*
15 *Stippulatio in iure efficacior contractus dicitur.*
16 *Notarius stippulando an absenti acquirat.*
17 *Stippulari nemo alteri potest.*
Fallit quoties alteri quis est subiectus.

Item.

Item quando promissioni adijcitur pæna.
Item, in quindecim casibus ennumeratis per instit. in glos. in verbo agit. §. si quis alij tit. de inut. stippul.
18 Notarius, vti publica persona alteri stippulari potest.
19 Sacerdos, quando alteri stippulari valeat.
20 Prælatus habens iurisdictionem, alteri stippulatur.
21 Stippulari in iuditijs, quis alteri potest.
22 Stippulari alteri, quemlibet posse, mandat statut. Papiæ.
23 Stipulatio per quæ nam verba concipiatur.
24 Stippulatus pro alio, vt nudus minister præsumitur aßumptus.
25 Notarius pro alio stippulatus, non ex eius persona dicto absenti, sed per legem acquirit obligationem.
26 Partium præsentiam probat stippulatio.
27 Præsentia notarij, ac testium requiritur necnon & intelligentia contractus ab eius principio vsq; ad finem.
28 Testis dicens actum aliquem factum fuisse in conspectu suo an probet:
29 Notarius non potest instrumentum conficere, nisi de ijs quæ per sensum, visus, vel auditus geruntur.
30 Notàrius rogari non debet, nisi de eis quæ coram eo fiunt.
31 Notarius quare intelligibili voce instrumentum vulgarizare teneatur.
32 Notarius contrahentium verba audire, atq, intelligere tenetur.
33 Forma legis vbi non obseruatur; actum tollit.
34 Effectus dummodo sequatur de modo curandum non est.
35 Aequipollentium eadem est disciplina.
36 Ex æquipollenti quod quid fiat non refert.
37 Notarius quando vice testis fungatur.
38 Notar. legit. ex obseruatione fori Papiensis, atq; explicat verba instrumenti, de quo iam inter contrahentes actum fuit.
39 Notarij verba præsumuntur prolata, vel à contrahentibus, vel à testatore.
40 Testes deponentes de auditu contractus, an plenè probent, ad conualidandum instrumentum.
41 Paria sunt, non loqui seu minime intelligi.
42 Loqui dicitur is, qui cum intelligente loquitur:
43 Legere, & non intelligere, negligere est.
44 Testes admittuntur contra instrumentum ad probandum tenorem contractus.
45 Sententiæ tenor per testes quomodo probetur.
46 Notarij, contrahentium, atq; testium, vnio vocum triangularem Echum verè immitatur.

AD Musicam nunc festinemus sicq; Notarius in instrumento tribus secum præparatis vocibus modulari habet. Quatuor
1 † siquidem, præter ea quæ ad solemnitatem, & substantiam instrumenti sunt recensita, accomodare decet .s. Primo rogitus notarij. Secundo stippulatio contrahentis, siue contrahentium vbi sint plures. Tertio presentia testium, qui vnà cum contrahentibus à capite, vsq; ad calcem eorum, quæ in instrumento continentur assistant. & Quarto vt substantia contractus, seu eorum quæ in instrumento apposita sunt, clara, & intelligibili voce per notarium vulgarizetur.
2 Circa primum scilicet, quod † notarius rogatus esse debeat, id colligitur ex §. nos autem, auct. de tabbell. & ibi glos. in verbo iniungatur, vbi habe-
3 tur, quomodo, & quando † rogitus vnius, tantum, siue plurium concurrere debeat, & quod
4 primo notarius† rogari, & stippulari, deinde conficere, & publicare instrumentum debeat, tenet Bart. l. fin. C. de tabbul. lib. 10. Ideo Instrumentum in quo solemnitas, idest rogitus deficit instrumentum non dicitur esse, Bal. in l. 1. vlt. col. C. plus val. quod agit. per §. nos autem in auct. de tabell.
Quo ad secundum attinet dicitur
5 necessariam † stippulationem fore præcipuè in ijs, quæ ex latere contrahentium expressã inducunt obligationem; siqui
6 dem stipullatio † dicatur verborum conceptio, quib⁹ is, qui interrogatur, daturum, facturumuè aliquid; ad quod interrogatus respondet l. 5. § stippulatio ff. de verb. oblig. Non ta-
7 men semper necessaria † videtur stippulatio ipsa, veluti in casu, text. & ibi glos. in verbo sed & si me §. 1. ff de condit. in deb. & in contractibus innominatis, quia ex eis oritur solũ modò, condictio ob causam ad datum repetendum, vel actio ex præscriptis verbis ad interesse, vt colligitur ex l. naturalis, & ibi glos. ff. de præscript. verb. & in alijs quamplurimis
8 casibus, nam cum † stippulatio, & contractus differant, secundum Lud. & Alex. d. l. 5. ff. de verb. oblig. Ergo necessario dicendum est, contractum fieri posse absq; stipulatione licet
9 † stippulatio possit fieri de omnibus ijs, de quibus fieri potest contractus, Io. de Imol. d. Lud. & Alex. d. l. 5. ff. tit. mox superius recensito. Vnde videmus †
10 in iure diuersimodè dari actionem.

nem, quandoq; ex omni ædicto, seu interdicto §. fin. instit. de interdict. l. & ita §. ait enim prætor ff. naut. caup. stab. quãdoq. in subsidium, §. fin. instit. d. tit. de lege Aquil. quandoq; de in rem verso, & de hoc habetur tit. in libris ff. aliquãdo ad exigendas dotes, vt colligitur ex tit. C. de rei vxor. act. Prætermissis itaq; cęteris actionibus à iur. communi concessis, & de quibus per Doct. institutarios tit. de action. solum
11 significo actionem † ex stippulatu dari, quãdo interuenit stippulatio ipsa in contractu, vel expresse, vt habetur in §. 1. instit. de verbor. oblig. & p tot. tit. C. de contrahen. & comit.
12 stippulat. vel quando † à iure inesse præsumitur vt notat Angel. Aret. in §. fuerat. instit. de action. Bart. in l. 1. in princip. d. tit. ff. de verb. oblig. Bald. in l. 2. vlt. notab. C. de bon. quæ lib.

De necessitate tamen in aliquib' casibus stippulatio interuenire
13 debet, vt puta † in fideiussionib', quæ nisi stipulationis medio recipi possunt, l. blanditus C. de fideiuss. Item & in acceptatione, quæ non potest habere locum, nisi mediante stippulatione, l. 1. vbi glos. ff. de pact. & d l. 1. ff. de verb. oblig. Item & in nouatione, & seu delegatione, ad quam inneundam necessario stippulatio interuenire debet ex rub. C. d. tit. de cõtrahen. & commit. stipulat.
14 An † autem in vltimis voluntatibus, veluti testamentis, donationibus, codicillis, & similibus stippulatio interuenire debeat, illam necessariam minime in ijs casibus fore existimo; nam cum ex eis resultent actus ex mera voluntate testantium, seu donantium inductiua, non autem obligatiua prouenientes, & ex quibus legatarij, & heredes instituti, donatarij, & similes minime arctantur pro adeundis legatis hereditate, & seu donatiõne, sed liberum habeant deliberandi arbitrium, vt ex tit. C de iur. deliber. atq; neutrimq; inducatur obligatio ad aliquid faciẽdum, suscipiendumuè, mirum quidem igitur non est, si in huiusmodi casibus non requiratur stippulatio, & sic in specie videmus, in donatione stippulationem minime requiri, vt attestatur Panorm. consil. 62. num. 9. lib. 2. per text. in l. si quis argentum C. donati.

Hoc tamen adduco, quod quantũ sit vtilitatis ipsa stipulatio, id mirificũ quidem dici debet, cũ
15 in iure, contractus † efficacior ipsa

ipsa stippulatione minimè reperiatur. Cyn. Bald. & cæteri Doct. in l. si ex pretio in princ. C. si cert. per.

Succedit autem in iure articulus
16 ille scilicet an † absente contrahentium altera parte, possit notarius pro ea stippulationem recipere, & prima facie vi
17 detur dicendũ q͏̃ non, qa de iure † communi regulariter nemo alteri, nisi ei cui subiectus fuerit stippulari potest, l. stippulatio ista §. alteri ff. de verb. obligat. §. si quis alij. instit. de inutil. stippulat. nisi tamẽ stippulationi, adijciatur pæna, qa eo casu conualidatur promissio facti alieni §. alteri stippulari, & §. & versa vice instit. eod. tit. Quæ quidem regula non procedit semper, sed quamplurimas habet fallentias, & præcipuè in quindecim casibus, de quibus affirmat glos. in verbo nihil agit d. §. si quis alij, inter quos casus specialis connumeratur in personam notarij, vt
18 scilicet † notarius vti publica persona ex illius pactis, & stippulationib⁹ alteri quærere possit, per tex, in l. 2 3. & 4. ff. rem pup. sal. fore, cum sequent. eo loci recensitis. Vide Bal in l. fin. C. de lit. contest. & in l. 2. in fin. C. vt in poss. legat. Sunt & alijs casus, in quibus quis ẽt minime notarius existens, potest pro alio stippulari, veluti †
19 sacerdos, & maximè in foro pœnitentiæ, & seu confessione sacramẽtali, in qua qs alterius debitorem se constituit, Sacerdos verò illum absoluere recusat, nisi facta per confitentem promissione de soluendo tali creditori, quia eo casu, actio creditori datur, ex tali promissione facta dicto sacerdoti, Bartol. & Alex. in l. 1. §. Huius in fin. ff. de iust. & iur. & quam Bart. opinionem, affirmat eo loci, Dec. & eandem opinionẽ canonizatam in decreto Gregorij Decimi, in c. quamquàm de vsur. in 6. dicit Spec. in. §. nunc verò aliqua, vers. item pone, cum quidam fænerator, in fin. nu. mihi 14. tit. de instr.
20 ædit. lib. 2. Item † Prælatus habens iurisdictionem, alteri per stippulationem quærit Butr. in princip. Decret. Alex. in l. non solum §. 1. ff. de iniur. Abbas in c. pastoralis §. præterea, de offit. ord. Item in iuditiis, †
21 quis alteri stippulari potest, l. in causæ in fin. ff. de procurat. l. fin. §. fin. & ibi Alex. ff. de iur. iuran. sicq; videmus, & de iure communi, notarium publicum alteri stippulari posse cõ firmatione Corn. in consil. 50. incip. videtur lib. 1. & in cons.

220.incip.ferie lib.2.atq; in cõ
fil. 211.incip.quãq̃ in prin.lib.
22 3.& pariter de iure † municipali Papiæ adest statutum, vt quilibet alteri, stippulari, & ac
23 quirere possit. Per quæ aũt † verba stippulatio concepi debeat ꝑ notar. vide Bart. in l. nec ei §. eorũ nu. 3. ff. de adopt. Et qñ †
24 quis ꝑ alio stippulatur præsumitur, vt nudus minister assũptus, l. cũ quis §. nuptura ff. đ legat. 3. facit l. 2. in princip & ibi
25 Bart. ff. mãdati. Sed licet † notarius stipulãdo ãlteri obligationẽ acquirat, sequẽdo Bart. in d. §. eorũ sub nu. 2. Aduertendũ tamen est, ꝙ non ex persona ipsius notarii alicui quæritur, sed per legẽ, sic decidit Bart. in l. 1. in §. 1. ff. de iust. & iur. Bal. in l. 1. ff. đ his qui sũt sui, vel alie. iur. idẽ Bal. in cõs. 13. lib. 4. atq; in l. rõnes ad fin. C. đ proba. necnõ & in d. § eorũ, & ibi Ale
26 xã. ff. de adopt & an stipulatio probet præsentiã partiũ, dicas ꝙ sic teste Oldr. in cõs. 216. incipienti super eo.

Nunc aũt de stipulatione satis dictũ est: ad tertiũ ideo caput đueniamus, eius .s. continentiæ,
27 vt testes † cũ notario præsentibus contrahentibus, à principio vsq; ad finẽ instrumẽti, ea quæ à contrahentibus ipsis paciscuntur, atq; firmãtur, minutim, particulatimq; intelligãt, id autem probatur ex d. §. nos aũt coll. 4. Auct. de tabell. hoc cõfirmatur, quia ad probandũ
28 † actũ gestũ corã teste, necesse est, vt testis ꝓhibẽs testimoniũ dicat id factũ fuisse corã se, quo casu probat Bart. in l. per hanc (quæ alias incipit iubemus) C de erogat. milit. annon. lib. 12 Bal. in l. si non speciali vlt. col. vers. vlt. scias C. de testam. Frãcis. đ Aret. in l. hac cõsultissima C. eo. tit. in fin. necnõ & sufficit
29 † ꝙ notarius (sicuti testis) asserat sic actum fuisse per sensũ visus, uel auditus, quoniã aliter instrumentum cõficere nõ potest, Bald. in Auct. sed nouo col. 3. C. si cert. pet. & in rub. col. 3. C. de fid. instr. Innocen. c. fraternitat. de hæret. sicut nec
30 ẽt † rogari đbet nisi de ijs quæ eo presente fiunt Innoc. c. 1. de fid. Instr.

Quartũ est caput vt .s. substantia cõtractus vulgarizetur, ad hoc
31 † vt audientes idest cõtrahentes, & testes rectè seriẽ negotii intelligãt: quia alias instrumẽtum non valet, nisi per Notarium lectum fuerit, sic proposuit Bart. in l. fideicõmissa § j. & ibi glo. ff. de legatis tertio, quem in proposito adduxit, atq; secutus est. Integerrimꝰ vir Boer. in cons. 48. nu. 7.

Insur-

Insurgit tamē super hoc, dubium scilicet numquid notarius vna cum testibus debeat audire, verba contrahentium, vel con trahentes vna cum testib⁹, me dio auditus corporei sensus, no tarij vulgarizationem, atque explicationem audire debeāt, Hoc quidem non modicæ difficultatis videtur. Nam primo
32 aspectu dicendum est, quod † notarius ipse audire debet, cō tractum à partibus celebratū, sic firmat text. cum glos. d. §. nos autem (ibi dum dimittitur interfit.) Sequitur ergo, quod hodierna die, contrahentes vna cum testibus percipiūt, ea quæ à notario emituntur, non autē è contra, Quapropter dicendū
33 est, quod ex quo † legis forma minimè seruatur, tale corruat instrumentū l. cum hi §. si prætor ff. de transact. l. non dubbium C. de legibus. Ad cuius resolutionem breuiter respondeo, quod non refert vt, vel cō trahentes, vel notarius contra ctum explicent, quoniam de †
34 modo curandum non est, dum modo sequatur effectus, l. 3. C. de instit. & substit. l. fideicommissa §. si cui, ff. de leg. 3. Aequi
35 pollentium namq; † eadē est disciplina l. si mater cum glos. & ibi Bart. C. d. tit. de instit. &
36 substit. nec † pariter reffert, ꝙ quid ex æquipolenti fiat d. l. fideicommissa, memorato. §. si cui, & ibi, Bart. ff. de leg. 3. l. mu lier in princ. ff. ad Trebbel. l. 3. & ibi Bart. vna cum Bal. ff. de instit. & subst. Spec. in §. 6. ver sic. item pone, tit. de sentent. neq; potest dici actus cōtra legem tendens, quia ratio final. d. text. in §. nos autem est, vt ꝑfecta gestorum per contrahen tes à notario, atq; testibus integralisq; habeatur scientia ad
37 hoc, vt † ibi in dubium, quidq̄ reuolui dubitaretur de negotij ipsius serie perfectum, perhibere possint testimonium, l. Domitius labeo, & ibi Bart. ff. de testam. & l. hac consultissima §. 1. C. qui testamenta fac. poss. Qua de re notarius contractū vulgarizando assistentibus con trahentibus ipsis vna cum testibus, semper notarius dicitur assistere, & proinde non alterata, sed equidem omnino seruata videtur, formaquè ipsius text. dispositio, sicquè hodie †
38 vbiq;, & præcipuè in foro Papiensi, atq; de cōsuetudine, notariorum d. inclytæ Ciuitatis seruatur, scilicet vt notarius ad præsentiam contrahentium, at que testium substantiam contractus, de quo ante illius stipulationem iam actum inter cōtrahentes fuerit legat, vt sic fie

ri

ri quotidie videmus. Quinimo
39 verba † notarij, vel à contrahentibus, vel à testatore prolata præsumuntur, sic tenet Bal. in l. 1. vlt. col. vers. 2. C. de priuileg. Dot. glos. in l. sciendum ff. de verb. obl. Nat. in cõs. 483 nu. 7. quem sequitur Magon. decis. 57. nu. 2. Bal. in l. errore C. de testam. Dec. in consil. 450. nu. 3. & cons. 639. nu. 9. & cons. 653. nu. 6. quos refert D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 144. nu. 10. centur. 2. lib. 2. & pro vt idem dicitur de notario qui licet teneatur per se scribere instrumentum ex dispositione iuris, vt voluit Spec. in §. instrumentum vers. item apponitur tit. de instrum. edit. hodie tamen cõsuetudo est in cõtrarium, & quę illum excusat, vt dixit Alb. in cons. 324. nu j. Ideoq; dicitur clara, & intelligibili voce, ita vt non solum te-
40 stes † de auditu cõtract⁹, sed & de stipulatione ipsa, inter partes secuta, deponere debeãt; nam recensito per notariũ cõtractu ipso id non sufficit ad cõualidandum contractum, nisi etiam per stipulationem partium legitimè, ex interrogatione precedenti, & incontinenti respõsione secuta, contractum ipsum sic celebratum fuisse affirmẽt. Paul. de Castr. in l. iuris gentium, & Bal. Angel. & Alex. in l. si vnus §. pactus, ff. de pactis, Quod tamen intelligitur in ijs casibus, in quib⁹ interuenit ipsa stipulatio, vel ex dispositione hominis expressa, vel ex legis præsumptione, qa in reliquis deponere non debẽt nisi de eis, quæ, vel visus, vel auditus sensu perceperint, vt supra enuntiatum est. Iterum igitur, clara, & intelligibili voce dicitur, ad formam eorum, quæ supra dictum fuit in cap. de rethor. in fin. Quandoquidem paria sint non loqui, seu
41 † minime intelligi, ille etenim
42 loqui dicitur † qui cum intelligente loquitur Alex. l. 1. col. 5 ff. de verb. oblig. & sicut pa-
43 riter affert Cato, legere † & nõ intelligere, negligere est. Id-
44 circò debent testes tenorem † contractus audire, ad hoc, vt eueniente casu contra instrumentum eiusdem tenorem verificare possint Bart. in l. generaliter C. de non numer. pe-
45 cun. sicut † etiam per testes sẽtentiæ tenor probatur, Bald. in l. fin. col. penult. C. de re iud. ex eo quod scilicet interfuerint, audierint, atque viderint dictam sententiam legi, Innoc. in c. sicut, extra eod. tit. de re iudic.
46 Ex quibus concluditur, ꝙ †

M facta

facta per notarium, contrahentes, atque testes, vocum vnione, concentus laudabilis inducatur, ad formam triangularis Echus; scilicet, vt primo intonante notario voce clara, ac prænarrante contractus tenorem, quo completo interrogante contrahentes, an ijs quæ per eum expleta fuerũt acquiescãt sic; eisdemq; affirmatiuè, quod sic ecce, quod prima vocis reflexio, Echum respondere facit, atque in oppositum, contrahẽtibus versus notarium, & testes accommodatis, proferentibusquè hæc, seu similia verba, scilicet, & ex quo narrata per notarium vera sunt, sicq; per nos firmata fuerũt, ideò in signũ rei veritatis, te notarium rogatũ esse volumus, vosq; testes rogamus, vt si quandoq; super præsentaneo contractu dubitari contiugat, eiusdem status, veritatem affirmetis, prout per nos gestum fuit sic; & illico facta reflexione vocis contrahentiũ, in personas ipsorum notarij, atque testium statim immitationem, atque responsionem vocis vltimo loco emissæ afferũt, & notarius, & testes respondẽtes .s. sic, sic. (subaudite tamen) faciemus, prout vos ennuntiatis.

Eccinè igitur harmonicum concentum in quo nulla penitus adest dissonantia, sed equidem perfecta consonantia in eo reperitur, ita vt nulla parte instrumentum claudicet, & sic musicæ, atque Echus effectum immitando nullibi, nec in aliquo iuditio, nec extra, tàm iudicũ, quam aliorum aures, ex eodẽ contractu, iniquitatis ipsius occasione offendi possint.

Astrologiæ partes, quas amplectendus sit Notarius. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Astrologiæ partes quænam sint.*
2 *Astrologia duplex.*
3 *Astrologia contemplatiua quæ nam sit.*
4 *Astrologia actiua, & seu coniecturalis circa quænam versetur.*
5 *Mathematicorum errores describuntur.*
6 *Deus omnia ex nihilo fecit, & ei omnia subsunt.*
7 *Homo absq; Deo vti riuus, atque fonte dessicatus consideratur: & Vti viator in tenebris perambulans. Vti portus, absque salute.*

Vtà

Vti infirmus absque medico.
Vti nauis absque clauo, & nauta.
Vti miles absq. duce. & denique
Vti arbor fructum non afferens.

8 *Homo breui viuens tempore, repletur multis miserijs.*
9 *Deus, peccatoris emendationem cupit:*
10 *Deus pœnitentibus, & eum inuocantibus misericors est.*
11 *Homo ad misericordiam Dei consequendam timere non debet.*
12 *Homo, rectus formatus est à Deo, & si eius malitia, improbum, & malum se fecerit.*
13 *Homo liberum habet arbitrium.*
14 *Hominis natura (corrupta) ad malum potius, quam ad bonum inclinat.*
15 *Mandata Dei seruare, proprium hominis est, vnitatem cum Deo habere profitentis.*
16 *Praecepta Dei, scilicet dilectio Dei, & proximi sub se continent vniuersam legem, & Prophetas.*
17 *Legis finis, dilectio est.*
18 *Fides sine operibus, non habetur in consideratione.*
19 *Deus corda, non vocem, vel verba respicit.*
20 *Cordis puritas circa duo versatur.*
21 *Hominum cogitationes Deo occultari non possunt.*
22 *Dei verba transitum non habent.*
23 *Homini, Dei mandata fideliter custodienti, quænam eo viuente ad eo pollicita sint.*
24 *Homini, quænam post mortem, mandata Dei seruaturo promissa sint.*
25 *Homo, ad bonum magis, quam ad malum aspirare debet.*
26 *Malum nullum impunitum, nec bonum irremuneratum,*
27 *Deus, eum diligentibus, vitam seruat: & quid è contra.*
28 *Iustitia iustum, iniquitas verò iniquũ sequentur.*
29 *Homo, animæ potius, quam corporis salutem appetere debet.*

SVperest nunc videndum quomodo Notarius circa Astrologiã immitatiuè expers esse debeat, & hæc eadem (secundum dum Prolomeum) dicitur facultas, quæ † circa corpora cælestia versatur. Quia verò ex diuisione, & differentia res magis elucescit, cap. ex literis de rescriptis. Accursius in prohęmio institutionum. Idcircò ab eodem Ptolomeo duplici † membro constituta traditur ipsa Astrologia, in contemplatiuam videlicet, quam definiendo sciẽtiam dicit esse, quæ de corporibus cælestib⁹,

& motu ipsorum pertractat,& in actiuam,seu coniecturalem, quæ † ex situ, & configuratio
4 ne sydurum diuersa mundi, & hominum accidentia,prædicit seu coniecturando pronosticatur. Nec operepretium est hac in parte,de domibus, naturis, qualitatibus; atq; aspectibus planetarum diserere, neq, cælos in domos duodecim consti tuere,& eorundem nomina explanare, nec alia, quæ ad corpora cælestia,& signa pertinēt denominare; Sed relicta, post positaq; Astrologia, de qua lo quitur Diuus Hieron. in commentarijs super Prophetā Sophoniam cap. 1. dicēs. [Hi sūt qui † eleuantur,aduersus scien
5 tiam Dei, & omne quod geri tur in seculo, fictam sibi scientiam pollicentes, refferunt ad ortus stellarum, & occubitus; Mathematicorumq; sequūtur errores,] & iuxta eiusdem sē tentiam, super Esaiam cap. 47 de Astrologis loquendo, scilicet; [Hi sunt qui vulgo appel lantur Mathematici, ex astrorum cursu, lapsuq; sydurū res humanas regi arbitrantur, & cum salutem alijs promitebāt, sua ignorabant supplitia;] solummodo (inquam) super vera,Euangelica, atq; doctorum Ecclesiæ, Astrologia,discursus habendus est. Contemplatiuā namq; amplectamur, & illam aggrediamur. Ad cuius intellectum substantialiter conside randū,præmito, scilicet. Quid homo absq, Deo; qui omnia
6 quippè † ex nihilo fecit, & cui omnia ab eo creata subsunt,vt Mardocheo ad Dominum orā te habetur, ex lib. Hester cap. 13. [Deus Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posi ta.] Et inferius [Tu enim Dñe fecisti cælū, & terrā, & quidquid cæli ambitu continetur.]
7 Homo namq; absq. Deo con sideratur, veluti † riuus dessicatus absque fonte,dicente Do mino [Si quis sitit, veniat ad me,& bibat] Ioan.cap.7.& alibi cap. 4. [Qui bibet ex aqua quam ei dabo, non sitiet in æternum.]

Veluti perambulans in tenebris absq; luce enuntiāte Euāgelista præd. Ioann. cap. 8. ex Dei verbis [Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ] & cap. 3 [omnis enim q male agit,odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.] Idem habetur ex c.consuluit de offit. del. & l. 1.circa med.ff.de vētr.insp: Polyd. Ripa de Noctur. Tempore, cap. 36. nu. 3. & alibi.

Digno-

Dignoscitur quoque veluti portus absq; salute, [Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eũ qui venit ad me non eijciã foras.] cap. 6. citato.

Existimandus est, sicuti infirmus absque medico, vnde Dauid orando dicere solebat, Psal. 6. [Miserere mei Domine, qa infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea] Et alibi Ps. 37. [Non est sanitas in carne mea à facie irę tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.]

Vagatur vti nauis fluctuosa in medio maris sine clauo, atq. nauta, quapropter rogauerũt Discipuli Dñm, dicentes: [Domine salua nos perimus] Math 6.

Miles reputatur absq. ducis custodia. [Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.] Math. 16. & Marc. 9.

Et Denique vti arbor infructuosa animaduersionis dignus est, solet siquidem S Mater Ecclesia in communi Confessorum hęc proferre, scilicet. [Iustus vt palma florebit:] & Beatus Ioan. Apost. Epist. 1. cap. 3. [Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & veluti palmes, non afferens fructũ] qua de re, ea dulcia Dñs noster emitit verba videlicet. [Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructũ, tollet eum,] Ioan. 15.

Quapropter cogitet homo, qui
8 breui † viuens tempore multis repletur miserijs, ex Iob. lect. 5. cap. 14 quis nam eiusdem status absque Deo. Non ob id desperetur, neq; de omnipotē-
9 ti Deo diffidat, qui non † mortem, sed peccatoris vitam per emendationem desiderat, & ad illum vti misericordiæ, atque vitæ fontem, reatum suorum veniam implorando, recurrat, & sicuti aduena ad ostiũ stans, humiliter pulsando, auxilium à Dño impetret quoniã
10 misericordiam † inueniet, sic dicente Isaya Proph. cap. 55. [Quærite Dñm, dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est, derelinquat impius viã suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Dominum nostrũ, qm̃ multus est ad ignoscendum.] & isdem cap. 58. [Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, Clamabis, & dicet, ecce adsum, quia misericors sum Dominus Deus tuus.] Exemplum inter cætera habemus. Niniuæ habitantium, sic dicente Iona Propheta cap. 3. [Quia conuersi

sunt

ſunt de via ſua mala miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter.] Id autem probatur au ctoritate Dominica [pulſate, & aperietur vobis, qui quęrit inuenit, et pulſanti aperietur ei.] Luc. cap. 11. Nec timo-
11 rem † præſeferat homo, vt mi ſericordiam apud Deum conſequatur, iuxta Dauid. Ps. 24. [Ad te Domine leuaui animã meam, in te confido, non erubeſcam.] maior etenim eſt e. ius miſericordia, quam impietas noſtra. Et hæc conuerſio o-
12 peratur, vt homo, quẽ † Deus rectum formauit, & ſi ex ſui malitia ſe deteriorem fecerit, vt habetur ex c. 1. extr. de Sũma Trinit. Spec. §. 1. nu. 1. tit. de libel. concept. lib. 4. declinet
13 à malo. Et vti † is qui liberum habet arbitrium c. Nabucho donoſor. 23 quæſt. 4. c. ſi enim diſtinct. 2. & ex Diuo Ambro. in libr. Ioſeph, colligitur. [procliuis, & mutabilis eſt in vtrumque humana conditio, vt quocumq; intenderit, & per pendat, & vergat, vel ad ſtudia virtutum, vel ad illecebras delictorum:] Bonum amplecta
14 tur, licet † malum potius quã bonũ eius appetat natura corrupta, vt in puncto aſſert Spec. verſ. item nota, tit. de petit. sẽtent. fugiat itaq; malum, & bo
15 num ſequatur, quod † eſt præceptis Dei obtemperare, eadẽque ſeruare, Verbum eſt enim Dñi, ſcilicet. [ſi vis ad vitã ingredi, ſerua mandata.] Et ex libr. Læuit. cap. 19 [Leges meas cuſtodite, Ego enim ſum Do minus Deus veſter.] Manda-
16 ta namq. Dei ſunt † principalia, ſcilicet. Diligere Dominũ Deum ſuum ex toto corde ſuo & ex tota anima ſua, & ex totis viribus ſuis: atq, diligere ꝓximum ſuum ſicut ſeipsũ, quæ
17 † duo præcepta vniuerſam legem, atq. Prophetas, ſub ſe cõ tinent, Math. cap. 22. quia finis legis eſt dilectio, Paul. Apoſt. ad Rom. cap. 13. Et hæc dilectio, interius, atque exterius perfecta eſſe debet, aliter enim fruſtatoria eſſet, nam ſi-
18 cuti † fides ſine operibus deficit (vt traddit Diuus Iacobus Apoſtolus Epiſtol. 2.) ſic, vbi cor non orat, in vanum lingua laborat, cogitationes etenim hominum non ex lingua, ſed ex corde procedunt, quoniam
19 corda † non verba, vel vocem reſpicit Deus, c. decet, vbi Io. Andr. & Gemin. de immunit. Eccl. in 6. ad hoc facit dictum Iſaiæ Prophet. c. 29. & Matth. cap. 15. ſcilicet [Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.] quia

corde

corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem Paul. Apost. ad Rom. cap. 10. Quo circa Diuus Bernard' in libro Apologetico inquit. [Pu
20 ritas † cordis in duobus versatur, in quærenda gloria Dei, & vtilitate proximi.] & isdẽ super Cantic. [Nõ discordet cor tuum à facie tua, non habeas faciem sursum, & cor deorsum.] Qua de re dicit Dominus. [Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & plãctu, scindite corda vestra, & nõ vestimẽta vestra.] Ioel. Proph. cap. 2. Et finaliter, cogi
21 tationes hominum † Deo occultari non possunt c. in Ciuitate, de vsuris, & cui omnia nuda, & aperta sunt. Paul. Ap. ad Hæbr. c. 4.

Quibus sic per hominem consideratis, iterum altius ascendat homo ipse, atque intellectualiter inuestigare profiteatur, scilicet, quisnam, ex eius libero arbitrio producatur effectus. Et secundam Astrologiæ partem actiuam, & seu coniecturalem vt supra, capiendo præmeditetur, & quæ coniectura non ad verisimilitudinem, sed potius ad veritatẽ tendit, quoniam fundata est super verbis
22 Dei, quæ † perpetuam permãsionem retinent. Cælum, & terra transibũt, verba autem mea non transibunt, Luc. c. 21.

Præuideat igitur, quam mercedẽ mandata Dei seruãdo, illaque custodiendo sit cõsecuturus, & primo, quid eo viuente, Secundo quid post eius mortem.

23 Circa primum † habetur ex libro Læuitico cap. 26.

In diebus illis, dixit Dominus ad Moysen, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea: Dabo vobis pluuiam temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, Apprehendet messium tritura vendemiam, & vendemia occupabit sementem, & commedetis panem vestrum in saturitate. Dabo pacem in finibus vestris. Dormietis, & non erit qui exterreat; aufferam malas bestias, & gladius non transibit in terminos vestros, Persequimini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis, decem millia, cadent inimici vestri gladio, in conspectu vestro. Respiciam vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis, Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos vltra, anima mea, ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis populus meus, dicit Dominus omnipotẽs.

Circa

24 Circa secūdū, † legitur ex Io ann. cap.6. [Si quis sermonem meum seruauerit, mortem nō gustabit in æternum.] & cap. 11. [Omnis qui viuit, & credit in me, nō morietur in æternum, qcumq; enim fecerit vo luntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.] Et alibi habetur. [Ego sū resurrectio, & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.] Ne-
25 mini † igitur intelligēti liberū arbitrium habēti lateat, bonū potius, quam malum sequi debere, ex Dauidico Psal. 36. scilicet. [Declina à malo, & fac bonum] & ex Paul. Apost. ad Thesalonicen. lect. 1. cap. 1. [Quod bonum est tenere ab omni specie mala abstinete.] Et ex Psal. Dauid. 44. [Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.] Et Psal. 96 [Qui dili gitis Dominum oditemalū]
26 Nullum etenim † bonum irre muneratum, nec malum impu nitū permittit Deus. Pręmiū siquidem bonorum considera tur ex hoc nomine Deus, qui quadruplici syllaba scribitur. s. D. E V. S. in quibus syllabis constituitur, benefacientibus retributio, scilicet Deus Diligē
27 tibus † Eum, Vitā Seruat. Vnde ex quamplurimis Ecclesiasticis dictis habetur [diligenti bus eum vitam præparauit in æternum] & è conuerso, eisdem syllabis accommodatur, detrimentum operantibus iniquitatem, scilicet Deus. Dirās, Ést. Viuētibus. Sæuiter, quare damnum, euidens, videant, seueri, ex illa vltima finalis iuditij sententia, & ideò huiusmodi peruersos, atque pertinaces, vt malos male perdet, & alijs vineam suam locabit, scribit namq; Ezechiel Propheta cap.
28 18. [Iustitia † iusti super eum erit, & impietas impij erit sup eum.] nisi per emendationem eius delictorum pœnitentiam egerit, cui deniq; accommoda re decet, illud Euangelicum di ctum secundum Ioann. c. 5 [Et procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui ve rò mala egerunt in resurrectionem iuditij.] Et alibi. [Iam modo iam dicit spiritus requie scāt à laborib' suis, opera enim illorum sequuntur illos.] Caueat igitur homo, & præcipuè notarius ne eius officiū, quod iuramento fideliter exercendum firmauit, defraudet, sed fi deliter custodiat, nec ex eius li bero arbitrio, malū sequatur, vt scilicet, magis pecunia ami citia, & mundi honores, quam illius anima, eum delectent, qa

Ho-

29 Homini † nihil prodest, si totum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentũ patiatur, & hoc est Euangelicum dictũ, Matth. 26. Quod affert Marian. Socin. in cons. 93. incip. circa p̄dictā vers. 13. lib. 1. & d̄mũ studeat in omnibus placere Deo, ita vt in die iuditij ad dexteram, non ad sinistram dignus vocari mereatur in vitã æternam; quam nobis omnib⁹ præstare dignetur omnipotēs, & misericors Deus. Am̄.

Nobilem, laudabilem, atq; necessariam esse Notariatus artem ex Roderico Zamorensi demonstratur. Cap. XXXIX.

1 *NOtarij opus adeò necessarium est, vt sine ipso perirent veritas, & fides in hominum commercijs.*
2 *Notarij ad veritatis confirmationem sunt instituti.*
3 *Notarij publicæ vtilitati deseruire dicuntur.*
4 *Notarij, apud eminentia tribunalia sunt familiarijssimi.*
5 *Notarij D.N. Iesu Christi Euangelistarum typum tenent.*
6 *Notariorum indigentia, operatur, vt illis ab omnibus adhibeatur honor.*

QVo circa omnibus sigillatim sic deductis, offitium Notarij an vilitatem, vel nobilitatē in se contineat, nemo est, qui adeò sit ignarus, vt potiùs secundæ, quam primæ correspondeat propositioni, & cui acquiescit memoratus Roderic. Zamoren. de Spec. vit. hum. cap. 19. cuiusquè verba minimè prætermittenda sunt hæc, videlicet.

Tabellariorum, siue Notariorum ars, & viuendi formula, quam honesta, honorabilis, & laudata sit, ex plurib⁹ præsertim illius necessitate, & vtilitate, facile cognoscitur; Perirent siquidem omnium negotiorum tela, nisi essent Notarij, qui acta conscriberent.
1 *Periret ipsa † veritas, & fides in contractibus, & commertijs hominum; Periret omnis ordo in iuditio forensiũ causarum, nisi esset aliqua fidelis, publicaq; persona, cui iudex crederet, de his quæ ab vtraque litigantium parte, aut offeruntur, aut dicuntur. Item*
2 *sunt instituti Notarij, ad † cõfirmationem veritatis, sed cum ipsa veritas vbicumq; sonuerit, ab illo est, qui dicit, Ego sum via, & veritas, Ioann. c. 14. rectè certè ratione, notariorum offitium valde laudabile erit, quia in veritatis comprobatione, & confirmatione radicem, & fundamentum suscipit. Demum huius artis laudes,*
3 *& vtilitates ex eo patent, quia † publicæ vtilitati, deseruiunt. Hi namq;*

N nedum

nedum apud pedaneos, minoresq; ma-
g stratus, creditum, & auctoritatem
4 obtinent, sed apud † Reges, & Prin-
cipes, & cuncta eminentia tribunalia,
acceptissimi, & familiarissimi exi-
stunt; quorum manibus, imò admi-
randa fide, instrumenta, priuilegia, et
litteræ ad perpetuam rei memoriam
conficiuntur. Et post multa temporũ
secula ex horum sola notariorum sub-
scriptione, indubitatam probationem
8 inducunt. Hi typũ † tenent Euangeli-
starum Christi, qui eius gesta, & ac-
ta, Euangelio, tam fideliter, quàm vti-
liter descripserunt, & vt cæteras hu-
ius artis commoditates, & laudes o-
mittam; qui illam exercent magna †
6 lucra, summos honores assequuntur,
vt breui tempore, ac paruo labore, o-
5 pulenta vtilitatis compendia adipi-
scuntur: & tandem ab omnibus hono-
rantur, quia omnes illis indigent.

L. vniuersos, ibidemq; iuncta glos. C. de tabbull. lib. 10. quibus nituntur Doctores absolutè Notarij offitium vile existimari, distinctim respondetur. Cap. XXXX.

SVMMARIVM.

1 Textum de re subiecta, minimè loquentem, insanè quempiã allegare nõ decet.
2 Decuriones in primo dignitatis gradu olim post principem constituti erãt. Cuius gradum adeptum, ciues exercere cogebantur.
3 Decurionibus quare offitio tabbellionatus fungi interdictum erat.
4 Notarius creatus decurio instrumenta conficere valet, & si ex diuerso tabbellio esse decurio prohibeatur.
5 L. quicumq; decurionum C. de tabbull. lib. 10. declaratur.
6 Glos. in l. vniuersos C. de decur. lib. 10. reprehenditur.
7 Notarij etiam inuiti ratione eorum offitij omnibus seruire compelluntur.
8 Magistratus ex illorũ publico offitio, operã eorundẽ quibuscũq; prestare tenetur.
9 Aduocatis olim arbitria suscipiendi necessitas erat imposita.
10 Iureconsulti nostri temporis, ad consulendum adstringuntur.
11 Absurdum nè sequatur euitari debet.
12 Notarium in specie, seruum publicum denominari nulla lege cauetur.
13 Serui publici, apertè qui nam olim dicebantur.
14 Seruos publicos aliàs non nisi certis personis, & priuilegiatis stipulari potuisse, ad differentiam notariorum, qui omnibus stipulantur patefactum extat.
15 Notariatus offitio de iure antiquo, atque moderno, nisi liberæ erant, & sunt admittendæ personæ.
16 Serui publici, hodierna die qui nam dicantur.

Superest

SVpereſt nũc præallegata, & in contrarium recenſita fũdamenta, euacuare, quibus primam partem aduerſus Notarios adiuuare nituntur, nõnulli memorati Doctores, qui (bona pace) non recto iuditio illorum offitium vile exiſtimarunt.

Et ad primum per eos adductum, fundatum, atq; radicatũ licet de vento, (pace tamen tantorum virorum, ſi id abſolute, abſq; diſtinctione perſonarum intelligi duxerũt) aſſumptum fundamẽtum ex d. l. vniuerſos, C. de decur. lib. 10. reſpondetur, ſcilicet.

Quod licet ea lex decuriones à tabbellionatu repellat non ob id tabbellionatus offitium vile
1 ſignificat, proindeq; cum † lex, id non aſſerat, nec igitur cuiq; id allegari licet l. de prætio. ff. de public. in rem act. & Bart. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod, nu. 2. ff. ex quib. cau. maior. Quia & ſi decuriones non admittantur ad tabellionatus offitium, ea præcipua eſt ratio,
2 quandoquidem decuriones † in primo dignitatis gradu poſt principem erant conſtituti, & ciues decurionatum ſuſcipere, ſuſceptumq; exercere cogebãtur, l. ex omnibus, & l. curiales la ſecũda, C. eod. tit. de decur. nec mirum igitur eſt, quod offitio tabbellionatum exercen-
3 di eſſent priuati, quia † cum prima eſſet dignitas, conueniens ideò non erat, vt alio inferiori fungerentur offitio, l. ſi quis p̃curationem C. mox allegato tit. & argum. l. ſi plures, verſ. nam difficile eſt, ff. de pactis, textum habem⁹ expreſſum in l. ſi decurio, vbi gloſ. in verbo ſuſceperit volũtatem in fin. C. ad l. Corn. de falſis, vbi habe-
4 tur quod notarius † creatus decurio, inſtrumenta conficere poteſt, licet è contra decurio non poſſit eſſe tabbellio; quoniam eſſet declinare eius dignitatem, l. quicumq; decurionũ C. de tabbull. Bart. in l. væterani C. d his q ſpõ. mun. pub. ſub. nu. 2. necnon & ex tit. C. vt dignit. ord. ſeruet. ex quo vtique (Dij immortales) ſi offitium vile dici poſſet, nequaquàm ius pateretur huiuſmodi offitium, ab eodem decurione iam notario exiſtente exerceri, ſicuti poteſt, Bart. in l. generali C. d. tit. de tabbul. verſ. item quæro vtrum decuriones nu. 4. quod à ſimili videmus in notario q Doctor effectus eſt, nam doctoratu non obſtante, inſtrumenta conficere poteſt, prout ſic ſenſerunt & Bald. in l. falſa §. ſed ſi cui ff. de condit.

& demonstr. & Cyn. d. l. si qs decurio. Vnde cum text. d. l. vniuersos offitio notariat⁹ minime detrahat, igitur, &c.

Nec obstat si diceretur ex d. l. quicumque decurionum C. đ tabbull. lib. 10 colligi, decurionē notariatus offitium assumentē, decurionatus amittere priuilegium, quia adhuc in eo per fisto fundamento, vt scilicet, ob id, aliqua etiam minime offitio ipso macula haud inferatur, sed solum est ipsius † legis
5 intentio, ne scilicet, vt supra dictum est, decurionatus dignitas, cum notariatu vti gradu inferiori, atq; cum priuatis custodijs, & patrocinijs misceatur: facit ad hoc optime text. in d. l. ex omnibus C. de decur. ibi, [si vlterius progressi vtilitatem publicam, priuatis custodijs, & patrocinijs postponant.] illud verò solum dicitur, vt decurionatus dignitas, đ per se absque mixtione conseruetur, vt in pūcto habetur ex l. nemo ex his, C. de assess. & cuius legis verba (aureis quidem litteris, marmoreæ Sculpturæ digna,) huiusmodi sunt, videlicet.

Nemo ex ijs, qui aduocati causarum constituti sunt, vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocunque iudicio deputati, & in alijs omnibus prouincijs nostro subiectis Imperio, audeat vno eodemq; tempore, tam aduocatione vti, quā consiliarij cuiuscunq; magistratus, quibus respublica gerenda committitur, curam arripere: cùm satis, abundèquè sufficiat, vel per aduocationem causis perfectissimè patrocinari, vel assessoris officio fungi: ne cùm ad vtrunq; festinat, neutrum bene peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel si assessionem ellegerit, in ea, videlicet, permaneat: ita tamē, vt post consiliarij sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit concessum cuiquā duobus magistratibus assidere, & vtriusque iudicij curam peragere. (Neque enim facile credendum est duabus necessarijs rebus vnum sufficere. Nam cùm vni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est, sicq; nulli eorum idoneū

in

in totum inueniri.) Sed alte ra assessione penitus se mota, vnius magistratus esse contentum iudicio. Prædicto textui accommodatur text. in l. sancimus C. de aduoc. diuers. iud.

Ad gloss. verò d. l. vniuersos, quã contrariam opinionem tenentes fundantur, dum eò loci causam textus reddendo adducit, nempè ex quo notarij serui publici dicantur, ex l. non enim ff. de adopt. alacritèr duplici modo respondetur, nec ita ex abrupto intelligenda est.

6 Primò, quia † allegata l. non enim, nec determinat, nec concludit notariatus offitium vile existimari, sed equidem aperit, satisdationem quam arrogans pupillum prestare debet, versus notarium fieri debere: & licet glo. ibid. prosequendo adducat, scilicet. [Et sic nõ debet vile offitium, sicut procurationem recipere.] Non tamen ob id notariatus vilitatem inducit: quinimò declarat, & tabellionatus prærogatiuam reseruat, & solum ad procurationem se extendit, allegãdo tex. in d. l. si quis procuratione C. eod. tit. quo loci procuratoris officium vile dici significatur, & si nostris temporibus secus, existimandum sit, medio distinctionũ, prout infra (Deo fauente) d̃ causidicorum nobilitate demonstrabitur.

Secundo respondetur, quia & si notarios seruos publicos denominari asserat ibid. glos. ea præ-

7 cipua ratione ex quo † omnibus seruire etiam inuiti eorũ offitij causã compellantur, l. prætor in princip. ff. de eden. si etenim ad id respiciamus ipsius notarij deuictam actionẽ,

8 hæc † eadem permanet in magistratibus l. munerum .§. Hi quoque, & §. mastigophori, ff. de mun. & honor. necnon &

9 eadem apud † aduocatos sacri palatij, olim arbitria suscipiendi necessitas erat imposita l. sancimus la secunda, C de aduoc. diuers. iud. & ibi Bal. no-

10 stri † temporis Iureconsultos ad patrocinandum, & consulẽdum compelli posse consuluit, Idem tenet Dec. in l. inuitus sub nu. 6. ff. de reg. iur. & quæ necessitas, ac obligatio cũ consideretur tam in notario respectu eius offitij, quam in aduocato necessario esset fatendũ, vt & aduocatus causa eius patrocinij, consultationis arbitrij & iudicaturæ necessario suscipiendæ, publicus diceretur seruus, & sicut seruus publicus offitium vile exerceret, consequens

quens est falsum, ergo & antecedens, absurdum liquidem
11 sequeretur quod fugiendum est. Angel. in consil. 156. Signor. de Homod. cons. 265. Quinimo ea est habenda consideratio, vt scilicet vbicumq; lex de publico seruo mentionē facit ibidem, glos. semper subaudit, idest de tabbellione ad differentiam illorum qui proprie serui dicuntur, ex quibus tale officium per legem interdicitur, d. l. generali C. de tabbull. lib. 10. glos. in d l. non enim in verbo seruo publico ff. de adoptionibus, & quod magis est, & à fortiori dicitur,
12 quod † in iure nō reperitur textus, qui expresse seruum publicum, notarium denominet, prout quamplurimis, & quidem ineuitabilibus probat argumētis, doctissimus Vir, atq; optimus antiquitatis indagator Ioan. Andr. Tiraq. in tract. de iure constit. possess. limitat. tricesima nu. 32. cum seq. multa enim in iure repugnantia plerumq;, & absurda sequererur: siquidem, qui in legibus serui
13 † publici appellabantur, vere serui erant, qui aliquando etiā serui ciuitatis, & aliquādo serui reipublicæ nuncupari, & in potestate, atque seruitute Ciuitatis erant positi, non secus, ac serui priuati in suorum dominorum potestate, & dominio, eosdem namque Ciuitas vendere, vel manumittere poterat hoc patet ex l. vnica C. de solut. & liberat. debit. ciuit. vbi Imperator quendam actorē Ciuitatis qui verè seruus erat, (vt omnes ibidem exponunt) appellat seruum publicum, vt ex rubr. totoq; tit. C. de ser. rei pub. manumit. si igitur manumitti poterant, ergo serui erāt, & illorum seruorum opera, ciuitates vtebantur, in fustigandis torquendisq; reis, & damnatis supplitio, vel morti tradēdis, prout innumera antiquorum, loca fidem faciunt, inter cætera apud Val. Max. libr. 2. cap. 10. de Caio Mario apud Minturnenses, detento, mortique, damnato, verba facientē, huiusmodi leguntur. [Missus ad eum occidendum seruus publicus natione Cimber, senem inærmen, & squalore obsitum strictum gladium tenēs aggredi non sustinuit.] & apud Cicero in 8. Philippica. [quos Antonius deliciarū causa, Loris in conuiuio cædi iubebarà seruis publicis,] & tales ser-
14 † ui stipulando acquirebant ciuitati in vniuerso nō secus, ac serui priuati eorum dominis: singularibus autem personis non

non stipulabantur, nisi quibusdam personis priuilegiatis veluti captiuis, & pupillis. Hinc est, quod nulla lege reperiri potest seruum publicum stipulari alteri posse, quàm vel ciuitati, vel personis priuilegiatis vt supra, & prout videre est in l. 2. & 3. ff. rem pup. sal. for. l. 2. C. de adopt. l. non aliter ff. eodem tit. l. cum cognatos C. de capt. & postl. reuer. & l. fin. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. atq; in omnibus tandem, vbi de seruo fit mentio. Quæ cum ita sint, somnium eorum videtur, qui seruos publicos, eiusdem generis notarios intelligunt,
15 quandoquidem ad † offitium Tabbelionatus, non nisi personæ liberæ admittendæ veniūt ex memorata l. generali C. de tabbul. libr. 10. Atq; nefandū hoc nomē à notario absit, cum
16 illud hodierna † die nuntijs, & baruarijs tribuatur, de quibus loquitur Bart. in auth. nisi breuiores, C. de sentent. ex brecit. & per Bal in l. fin. quæst. octaua C. de ædict. diu. Adri. tollen. Et quomodo verisimile erit tabbelliones personas liberas, & ciues, tàm fæda sordidaquè ministeria tunc, & nunc exercere Rempublicam permittere? & licèt nostris temporibus notarij alteri stipulentur, hoc faciunt, & magistratus, ratione publicæ personæ, quam gerunt, sic Tiraquell. supra citato loco d. tricesima limit.

Notarius quando ad eius offitium impartiendum teneatur, atque cogi possit, enucleatur.

Cap. XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Notarius conficere, & rogare instrumentum non cogitur, quoties contractuum multitudo illum impediat.*
Item quando effectus est decurio, aduocatus, vel maiorem adeptus fuerit dignitatem.
Item quando merces ex causa rogitus eidem denegatur.
Quod tamen fallit in paupere, quoniam eo casu, etiam sine mercede cogi potest.
Item quoties contractus de quo rogatus esse debet, ad illicitum tendit.
2 *Notarius illicitum conficiens instrumentum, non solum criminali pæna puniendus est, sed etiam ad restitutionem compellendus.*

3 Nota-

3 *Notarius, & si habuerit mercedem rogitus, non tenetur tamen sumptum publicum, & copiam authenticam partibus adere, nisi noua eidē soluatur merces.*
4 *Notarius ad mercedem sibi debitam actione vtili ex locato contra debitorem agere potest.*
5 *Notarius in casibus, in quibus tenetur eius operam prestare, mediante tamen, & interueniente debita mercede vbi recuset, offitio priuari potest.*
6 *Notarij, vltra mercedem debitam quidquam exigentes excoriatores dicuntur.*
7 *Labor premium honestum desiderat.*
8 *Merces debita, & competens quænam dicatur.*

VErum quia dictum fuit superius notarium inuitum, ad conficiendum instrumentum cogi posse, ex d.l. prætor ff. de eden. l. 1. C. de tabbul. lib. 10. & ex l. placuit C. de collat. fund. fisc. lib. 11. Quadruplicē tamen pro nunc conclusio prædicta patitur limitationē, quarum prima est quando † multi
1 tudo contractuum impediret notarium ad conficiendum instrumentum, quia tunc non cogitur per Bart. in l. 1. nu. 3. ff. furt. aduer. naut. Roman. in l. 1. ff. solut. matr. Secunda est quando Notarius est effectus decurio, aduocatus, vel maiorem adeptus fuerit dignitatē, vt tenet text. d.l. vniuersos, Et ibi Bart. C. de decur. lib. 10. Bald. in l. nec patronis C. de oper. libert. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instru. edit. Tertia est, scilicet quando eidem denegatur merces ex causa rogitus l. munerum §. 1. ff. de mun. & hon. & Bal. in l. prouidendum C. de postul. Hoc tamen non procedit, quoties notarius à paupere circa confectionem instrumenti vocatus & seu rogatus est, quia eo casu etiam sine mercede cogitur cōficere instrumentum l. tam de mensis, & ibi glos. C. de Episc. aud. Alex. in l. argentarius in fine princip. ff. de eden. Item in iis quæ sunt Ecclesiæ secundum Angel. in auct. de aliena. & emphit. §. hoc etiam 2. col. collat. 9. vide Bal. in l. eos C. de vsur. & in l. debet ff. de ædi lit. edict. Quarta, & vltima p nunc est, quando contractus d quo rogatus esse debet ad illicitum tendit, quia tunc non co
2 gitur quinimo † tale, conficiēs instrumentum punitur, cùm iuramento eiusdem à talibus pestiferis, & illicitis abstinere promiserit, vt inquit Ias. in l. sanum mente nu. 3. C. de trāsact. siquidem non solum punitur pæna criminali, ex l. iubemus,

§. 1.

§. 1. & ibi Bart. C. de sacrosan. Eccl. & per Bald. in l. 2. C. de Eunuch. sed & etiam ad restitutionem in subsidiũ tenetur Syluester in summa, & in verbo vsura 7. quæst. 7.

3 Sed quamuis † notarius recepta mercede instrumentum cõficere cogatur, non tenetur tamen sumptum publicum, & authenticam copiam partib' tradere, nisi noua sibi soluatur merces, glos. est notabilis in .l. finali. C. de princip. agen. in reb. Lud. in suis singular & in verbo Notarius, vers. pone ꝙ notario, necnon & in sing. 581 Bart. Bal. Alex. & Angel. d. l. argentarius in princ. ff. d̄ eden.

4 & quod agere possit † notarius ad mercedem sibi præstandam actione vtili ex locato, vid. Bartol. in l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Hoc tamen notarius animaduertat quod scilicet

5 † in ijs casibus, in quibus tenetur eius operam præstare, recuset conficere instrumentũ, tunc officio suo priuari potest, sic Bal. in d. l. prouidendum C. de postul. Fælyn. in c. quoniã contra col. 3. in princip. de probat. Io. Andr. in c. sicut, extra ne cler. vel mon. glos. in d. l. argentarius, & Card. in clem. 1. vers. dudum, notab. decimotertio de iureiur.

Mercedem, moderatam tamen, ac ex ordinibus debitam, & secundum eorum conscientiam recipiant notarij, ne secus, excoriatores pauperum nuncupa

6 ri mereantur, & † quos (prædicta commitentes) sic appellari dixit Petr. Gerard. de Petrasãcta in suo singul. 73. licet subaudite, ibidem, isdem Author, & Doctores diuitum intellexerit, loquendo tamen de ijs qui præter mercedem sibi debitã, vlterius, peccunias, ex contrahentium, & clientulorum crumena auidi, & insatiabiles eruere quotidie student, vt ex allegato singul. 73. colligitur, & vt pariter in puncto adducit Spec. in §. sequitur, de aduocatorum sallario nu. 4. tit. de sallarijs lib. 1. Et hi verè calamitate & miserijs affecti dicũtur, vt ad rem affert Roderic. Zamoren. lib. de Spec. vit. huma.

7 cap. 20. Quare licitè omnis † labor præmium habere debet, vt dicit Hippolit. Marsil. in singul. 693. dũmodo tñ honestũ sit, vt voluit Spec. d. tit. de sallar. allegato §. sequitur nu. 10.

8 Merces † verò notarij, illa cõpetens dicitur esse, quę arbitrio boni viri regulatur, vel sm̃ cõsuetudinẽ sibi errogari petit, Bal. in l. fi. col. 8. in fi. C. d̄ edẽ. & Innoc. in c. 1. de verb. signif.

O His

His, qui vilis conditionis, atq; spurijs concessum notariatus offitium asseueranter affirmant, accuratè, atq; punctualiter respondetur.

Cap. XXXXII.

SVMMARIVM.

1 SEruitus, strictè, & largè consideratur.
2 Seruitutis differentia, inter subiectam personam, & liberam, constituta dicitur.
3 Diuersa ratio, diuersum producit effectum.
4 Nomen Notarij, & si abiectũ quandoquè in iure reperiatur, id tamen ex diuerso inductum significatur.
5 Diuersa quae sunt, illationem non merentur.
6 Spurij ex seruo nati, aliàs simplicis notatoris, & scriptoris nomen in se continebant, non vt notarij propriè offitio fungerentur.
7 Spurij etiam in subsidium, ad decurionatum admittebantur.
8 Argumentum, à maiori ad minus affirmatiuè in iure procedit.
9 Reipublicae seruire, honor dicitur, habito respectu ad offitia, nobilitatem, & honorem secum concomitantia.
10 Satellitum, nuntiorum publicorũ, & similium offitium nostra tempestate, vbiq; vilissimum reputatur.
11 Diuersa causa, diuersum producit effectum.
12 L. non aliter ff de adopt. declaratur.
13 L non quasi ff. rem pupil. sal. for. interpretatur.
14 Notariatus offitium nisi morigeratis, atq; scientiatis conceditur.
15 Scientia nobilitatur homo; & num. 18.
16 Virtus inter bonum, & malum differentiam constituit.
17 Diuitiae nec paupertas aliquem, nobilem, vel ignobilẽ non constituunt, sed status conditio, virtus, vitaeq; commendatio.
18 Nobilitas ex scientia prouenit.

DVobus itaquè contrarijs primęuis propositionib' sublatis, & seu declaratis ad tertiam obiectionẽ, scilicet offitiũ Notarij cuilibet vilis cõditionis, etiam spurijs concedi, ex tit. C. de ser. reipub. manumit. responsum affero.

Nam si bene videantur termini distin-

distincti ex eodem tit. vtiquè seruitutis differentia constitui-
1 tur, scilicet † inter seruum sub potestate domini existentem, & seruũ largo modo sumptũ, & libertate gaudentem. Quã-
2 obrem si † respiciamus primæui generis seruum, vtiq; is, nõ vti publica, sed vti priuata persona in concernentibus priuatum, & priuilegiatum interesse respiciendus est, l. ex titulo non præcedente C. eod. tit. si verò consideremus notarium sub altero genere libertatis pmanentem, eo casu non vti seruum eundem, sed vti publicã personam quibuscunq; stipulari posse videmus, quod secus aliàs prohibitum reperitur ex glos. d. l. generaliter, quam sequitur glos. in verbo tabbullariam d l. tit. non precedente, & quod differenter in terminis adductis sit persistendum, nos docet aperte textus in l. 2. ff. rẽ pupill. sal. for. cuiusquè legis verborum essentia huiusmodi tenoris existit, scilicet.

Si pupillus absens sit, vel fari non possit, seruus eius stipulabitur, si seruum non habet seruus ei emendus est: sed si non sit vnde ematur, aut si non sit expedita emptio; profectò dicemus, seruum publicum apud prætorem stipulari debere.

3 Quò fit vt † diuersitas rationis diuersum ius reddat, Spec. §. 1. vers. quid ergo, tit. de teste. Hoc autem corroboratur nam
4 licet huiusmodi † nomen notarij in iure, quandoq; vti abiectum consideretur, ex eo quod notarius pignori traddi deuictus erat, l. si tibi C. de pignor. nõ tamẽ id admirationis dignum est; cùm textus eo loci, intelligat de notario, idest de simplici scriptore, & seu notatore, q omninò publica carebat auctoritate, sed in eo aderat, quędam simplex, & priuata potestas notandi, & seu scribẽdi priuatos, & speciales actus, vt sup. non autem vt ea, quæ publica erant valeret notare, & illi verè serui erant, quibus tabbellionatus officio fungi erat interdictum ex d. l. generali C. de tabbull. & idcircò differentia cõstituebatur inter Tabbellionem, & simplicem notatorem, seu scribam, vt voluit glos. d. l. si tibi in verbo notarium, Et
5 proinde cum diuersimodè † id intelligi debeat, illationem non meretur l. Papinianus. ff. de minor. 25. ann. & l. final.

ff. de calumniat. Idcircò habita ratione distinctionis prædi-
6 ctæ spurios † ex seruis natos, atquè procreatos, notatores, & simplices scriptores vocari vtiq; videmus, ex eod. tit. C. de ser. reipub manum. Quinimò
7 si eosdem ex † manumisso seruo, seu persona libera genitos prospiciamus, eo in casu in subsidium deficientibus masculis legitimis de iure antiquo, illos ad decurionatum admitti nulli erat dubbium ex l. generaliter §. spurios, & ex l. spurij ff. de decur. & eorum fil. & si spurij alias non admittãtur ad dignitates, quarum non sunt capaces, secundum Bart. in l. eum qui nocentem ff. de iniur quod si eis dignitas decurionatus cõpetebat, multo magis notariatũ assumere eisdem concessũ, optimè iudicandum est: arg. à
8 † maiori ad minus affirmatiuè in iure procedenti auth. multo magis C. de sacrosan. Eccl.

Nec ad rem facit ratio ex aduerso adducta, scilicet quod notarius reipublicæ seruus dicatur, quia ob id non conuertitur, ergo offitium vile, quandoquidẽ
9 † Reipublicę seruiendo, honor adipiscatur, & cui reipublicæ quamplurimũ debemus, quare Cicero 1. de orat. dicere cõsueuit, scilicet. Quoniam sũt omnia commoda à patria accepta, nullũ incõmodũ ꝓ patria graue putãdũ est, habita tñ ratione offitiorum, quæ aliquis virtutis causa consequitùr ad differentiam cæterorũ sub se turpitudinem continẽtiũ velu
10 ti, † satellitum, nũtiorum publicorum, & similium, cum tales infames, villissimeq; personæ reputentur, tùm ex cõmuni reputatione, tùm etiam de iure ex tot. tit. C. qui accus. non poss. Quamobrem seruitutis spetie diuersimodè vt supra cõ
11 stituta † diuersus produci dignoscitur effectus, vt punctualiter assert Bart. in l. 1. C. ne qs inuit. lib. 11.

Nec pariter, in medium deducta
12 tàm ex l. † nõ aliter enim ff. de adopt. quàm ex l. non quasi ff. rem pup. sal. for. quæ sic simpliciter intellectum non recipiũt, quominus limitationẽ patiantur, & seu restrictionem mereantur. Ad primum siquidem non serui priuati, sed tabellionis stipulatio eò loci considera
13 tur. Ad secundum verò † cùm ex eadem l. non quasi fiat mẽtio ad repromittendum, non considerato casu priuatæ, vel publicæ personæ: ideò prææallegatæ l. si pupillus ff. eod. tit. remittendus est casus.

Dum verò contrariam tenentes opi-

opinionem, personis scilicet vilis conditionis offitium ipsum impartiri posse (absolute tamen intelligendo vt supra) existimarunt, aberrasse profectò iudicandum est. Quoniam nõ
14 † nisi moribus optimis imbutis, quorumq; vitam commendatam habent, & quos legali scientia ornatos esse opportet ex d. l. generali C. de tabbull. digne confertur, ideò ex supra scriptis nobiles dicũtur cõtra. Cravet. d. cons. 163. nu. 1. & Guidon. Pap. quæst. 9. scien-
15 tia namq; † nobilitat hominẽ l. prouidendum C. de aduoc. diuers. iud. & secundum Philosoph. c. 4. Aetichor. lib. 1.
16 nihil † aliud quàm virtus, & malitia discriminat seruum, & liberum, nobiles, & ignobiles, quem sequitur Bart. in l. 1. nu. 59. propè fin. C. de dignit. lib. 12. & vt affert Salyc. in l. Humilem C. de incest. nupt. Pau
17 pertas † vel diuitiæ, non faciũt quem nobilem, vel ignobilem esse, sed status conditio, vel virtus, & commendatio vitæ: & proinde ibidem Bal. in puncto affert. Pauper si alias dign⁹ est, non dicitur vilis, & abiecta persona, sed illæ personę dicuntur viles, quæ malis moribus vilescũt. Vnde succedit vulgatum dictum.

Non è gentile chi gentil è nato;
Ma gentil è ch'è ben accostumato.

Quo fit vt ad huiusmodi offitium assumptus, (& si pauper) eius virtute nobilitatur, & vti nobilis, nobile offitium, non autem vile assumere fatendum est,
18 quandoquidem † nobilitas ex scientia causetur, l. 2. §. amplius & ibi Bart. ff. de excusat. tut.

Notarium, infamem creari posse, quomodò intellectum idrecipiat, & ex potentiæ, & actus distinctione saluatur. XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius damnatus ex causa, eidem infamiam tribuenti, non ratione eius offitij, sed alia diuersa causa ad offitium minime pertinenti, ab offitio; ob id remouendus non est.*

2 *Notarius in offitio suo delinquens, eodem, vti falsarius sine spe restitutionis priuari debet.*

3 *Notarij offitium nobile ex manu illud attribuentis (considerata eminentia, creantis) iuridice est fatendum.*

4 *Infa-*

4 *Infamis non potest, quoad potentiam esse notarius, quia seruus, & quo.*
5 *Seruus pena ad successionem omnino incapax dicitur.*
6 *Nulla iuris parte, notarium in potentia, & qui ante susceptum munus, infamiae vitio laboret, ad illud, esse assumendum prospicitur.*
7 *Lex generaliter loquens, generalem intellectum recipit.*
8 *Bartoli dictis in omnibus standum non est.*
9 *Principis notarius quomodo dignitatem iunctã habere dicatur.*
10 *Principis coquus, non ex sui persona, sed ratione personae coherentis, in dignitate constitutus dicitur.*
11 *Testimonium ferè dignitas est.*
12 *Notarius non repellitur à testimonio ferendo.*
13 *Bart. in l. hac eadem d. §. hac lege ff. ad l. Iul. repetund. declaratur,*
14 *Locutio, quae subaudite aliquam recipit interpretationem, absolute intelligi non potest.*

AD illud verò dum dicitur infamem posse notarium esse, ex Bart. d. l. eadem §. hac lege ff. ad legem Iul. repetund. respondetur, ꝙ adhuc offitium notarij minimè coinquinatum, prospicio: (si bene distinctim perpendãtur termini.) Nam si infamia notario irrogata consideretur eodem iam notario creato, & existente, tunc ea succedit distinctio, scilicet, aut 1 † notarius infamatur ex condemnatione contra eum secuta ex causa diuersa, & non pertinenti ad offitium, & tunc non remouebatur ab offitio, nec ipsi notariatus offitium interdicebatur, prout innuere videtur Bart. d. §. hac lege, aut in offitio delinquit, cuius de causa infamiam sibi irrogasse videtur, & tunc indistinctè ab offitio tabbellionatus est remouẽdus, vt tenet Bart. in l. tutor §. nunc videamus ff. de suspect. 2 tut. quinimo † vti falsarius, sine spe restitutionis offitio priuandus est, vt singulariter adducit Angel. in § si vero in fi. col. 2, de non alienan. siuè per mut. reb. Eccl. sed si infamis ad artem notariatus aspirare vellet, eo in casu vtriquè dicerẽ eundem à tali petitione esse repellendum, nam vt dictum est, si offitiũ notariatus (praecipuè 3 quando ab Imperatore, Comitibus palatinis, caeterisq; personis, supremam auctoritatẽ habentibus confertur,) honorẽ, atquè decus in se retineat, ex d. l. nemo C. de dignit. vtriq; huiusmodi sordidis atquè faetidis personis, est denegandam, quoniam si illud 4 † nisi liberis personis cõuenit, vt supra dictum fuit,

fuit, & infamis, penæ & sic infa miæ seruus dicatur l. interdicit ff. de cond. & dem. Et iuxta Diui Ioann. sentētiam in c. 8. qui facit peccatum, seruus est peccati. Talisq; penæ seru'
5 ad successionem omninò sit incapax l. si in metallum ff. d his quæ pro non script. hab. cum reliquis per Dec. recensitis in l. seruitutem ff. de reg. iur. Ergo si seruus penæ, & vti seruus notariat' offitio potiri nō posse congrue est dicendum. Quare in proposito, si videantur adducta per Bart. d. l. 3 §. nunc videamus ff. de suspect. tut. & p eum in cons. 77. incip. quæritur an notarius, & in qualibet
6 corporis † iuris parte semper ex eis deducitur consideratio notarij iàm in offitio existentis, non verò ante illius adæptum offitium, quia nullibi in iuris vniuerso statu, infamem notarium creari posse in specie reperio. Et si ferè omnes sequi videantur opinionem Bart. in l. 1. C. de mand Princip. quæ lex inter notarios aliquam nō constituit differentiam, siue notarij principis, siue aliter esse
7 dicantur, & cū h † generaliter eadem lex loquatur, gn̄ralem recipit intelligentiā, vt voluit l. 1. §. gn̄raliter ff. de leg. præst.
nec pariter ibidē, infamē notariū creari posse, minimè caueatur
8 tur neque Bart. opin. eo loci adducta, euangelizata, & seu canonizata reperitur, ita vt in omnibus per eum dictis, & tamquàm à Propheta emissis credendum sit, & quamuis ibidem dicatur Principis notariū in dignitate constitutūm videri non ob id, notariatus nobilitas minuitur, sed illud intellectualiter est considerandū, sci-
9 licet, vt † habeat quandam maiorem pręrogatiuā cæteris notarijs, non ratione offitij, sed ratione personæ principis, penes quem ressidet, prout à simili exemplum habemus in muliere paupere, quæ matrimonio, viro nobili copulata est illāquè raddijs ipsius mariti corruscatam prospicimus, l. fæmine, & ibi Bartol. ff. de Senat. & isdem in l. finali colu. prima, in fin. versic. quæro popularis, C. de verbor. signific. & prout etiam idem est consi-
10 derandum, de † coquo, principis, quem dignitate decoratum esse significant, & Bald. in cap. primo tit. quis dicat comes, vel marchio in vsibus feud. & Fælyn. in rub. de offic. & potestate iudic. deleg. iuncto Boer. quæstione

222. nu. 10. Quamobrem ad propositum redeundo, si notariatus offitium consideratur in potentia, tunc infamis, ex prædictis notarius esse non potest, cum ex tali infamia nulla eidem præstanda sit fides, siquidem infamis à testimonio ferẽdo repellitur, l. vnica C. de in
11 fam. nam testimonium † ferre, dignitas dicitur, c. præceptum 32. quæst. 5. sic deducente Spec. §. opponitur nu. 29. tit. de teste libr. 1. testificandi
12 † verò facultas notario conceditur l. Domitius labeo ff. de testam. ergo, &c.
13 Nec obstat quod † in mediũ affert Bart. d. §. hac lege in fin. vbi differenter adducit, distinguendo, testimonium perhibere posse, quandoq; vna instante parte altera inuita, & aliquãdo vicissim acquiescentibus, quia dato, quod notarius, de partis solummodò instantia testificetur, de substantia contractus, & cum illo concordẽt testes, & siue notarius de ambarũ partiũ consensu in testẽ producatur, ad veritatem conuentorum dilucidandam eo casu, non vti notarius, sed vti testis cõsideratur, ad notata per eundem Bart. in d. l. Domitius ff. de testam. vnde cum diuersimodè, offitium, & persona põderẽtur, igitur, &c. quinimo à fortiori innuit ipse Bart. in §. sed & si nu. 15. auct. de instru. caut. quod notarius effectus infamis non potest testificari super scriptura ipsius instrumenti, quod negatur manu sua confectum.

Si verò consideremus notarium, non in potentia, sed in actu existentem, tunc aut in offitio, aut extra vt supra deliquit, & eo casu attendi debent per me superius deducta, quę cum modificationẽ vt sup. recipiãt, ita
14 nec † sic absolutè intelligi debent, l. 1. §. dolum, vbi Bart. ff. de dolo, l. 1. ff. de testam. & ex vulgata l. omnis definitio, ff. de reg. iur.

Argumento per Doct. assumpto, videlicet infames à muneribus publicis remoueri non posse, illudq; munus, in consideratione apud Notarios esse, igitur, sicut infamis non remouetur à munere publico, ita etiam notarium infamem esse posse: astruendo respondetur.

Cap. XXXXIV.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Lex infames C. de decur. lib. 10. declaratur.*
2 *Munus tutoris, curatoris, arbitri, & procuratoris, quidquam cum munere notariatus commune non habet.*
3 *Illatio ex diuersis non datur.*
4 *Notarij munus, & authoritate, & vtilitate publicum esse dicitur.*
5 *Tutoris, & curatoris munus, authoritate publicum, vtilitate verò priuatum significatur.*
6 *Tutoris offitium honorem potius, quam onus in se continere voluit Bal. & quo Bal dictum ibidem saluetur.*
7 *Doctores, nulla habita offitij notariatus distinctione, eidem offitio detrahendo, male egisse demonstratur.*

NEc ad rem facit argumētum assumptum, scilicet offitium notariatus dicitur munus publicum, l. fin. C. qui milit. poss. lib. 11. infames verò, à muneribus publicis non remouentur, ergo, &c. cùm in idem incidamus distinguendo vt sup. dictaq; l. infa-
1 mes, † considerat remotionem quæ actum, non verò potentiā præsefert, vt supra, ac nec ex eadem lege minimū quidem, nec expressum, nec tacitum, infamem, scilicet, notariū creari posse habeatur, quinimo p Cōstitut. Maximiliani Imperat. de qua in secunda præsentis cōpilationis parte, hæc per me adducta confirmationem reportant, vt ibi in vers. In primis igitur ordinamus: nec [illegible] †
2 tutoris, curatoris, arbitri, & seu procuratoris offitium, cum notario compatitur, & quæ cum dissimilia sint, & inter notariatum, atquè pdicta adsit differentia, nec inter eosdem, similis, & seu eademmet constitua
3 tur ratio, ideò sequi † non debet illatio, d. l. Papinianus ff. d minor. & quamuis consideretur munus publicum, inesse tàm notario, quàm cæteris supranominatis, illud tn̄ munus, inter eos recipit limitationem, quoniam munus aliquando est in consideratione copulatiuè quoad authoritatem, & vtilitatem, quandoquè disiunctiuè, si
4 quidem † notarij offitium authoritate, & vtilitate publicū dicitur per Th. Dipl. in addit. ad d. cons. Bart. 77. & per Bal. in l. final. C. de aduoc. diuers.
5 iud. at munus † tutoris, & curatoris, & similium, publicū authoritate, & vtilitate priuatū dicitur, Spec. §. 2. vers. septimo non appellatur, tit. de appell.

l. non subscripsisti, & ibi Salyc. C. de administrat. tut. glos. in c. sicut 46. distinct. ergo, &c. quamuis tutoris, & seu curato
6 ris offitium † honorem potius, quam onus in se recipere addu cat Bal. in l. cum quidam in 2. oppositione C. de verb. signif. & si isdem in l. meminimus in fin. C. de legit. hæred. onus esse dicat per l. tria onera. ff. de excusat. tut. sed saluando eius dictum potest dici honorem in se continere ratione authoritatis publicæ, onus verò causa vtilitatis priuatæ.

7 Et quod prællegati † in contrarium Doctores male senserint, sic absolutè loquendo, & offitio notariatus detrahendo, nulla prorsus constituta terminorum differentia, de quib' supra apertè tenet Petrus de Racha Caburiēsis in sua praxi rerum ciuil. cap. 5. nu. 20.

Cephali distinctio adducta, scilicet offitium notariatus viro nobili adiunctum, nobile: sed vili persone concomitatum, vile dici opportere, in suo consil. 327. sub nu. 20. & 21. reprobatur. Cap. XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates per actus virtuosos conferuntur.*
2 *Nobilitatem veram tria concomitantia habere decet, atque oportet.*
3 *Nobilior is dicitur, qui omnia ad nobilitatem inducendam penes se retinet respectu alterius, qui aliqua, ex qualitatibus ad veram nobilitatem inducendam simul desideratis, careat.*
4 *Nobilior, & potentior in liga est præferendus.*
5 *Nobilior inferiori nobilitate est præferendus.*
6 *Virtus vnita fortior est.*
7 *Offitium Notarij vti subiectum incorruptibile per differentiam personarum, mutari non potest.*
8 *Diuitiæ, contra pauperem præsumptionem inducunt.*
9 *Diuitiarum præsumptio cessat, vbi boni mores pauperis indicantur.*
10 *Defensio nemini est deneganda.*
11 *Nobilis notarius etiam concurrentibus in eo qualitatibus verè nobilitatis in offitio delinquens, non solum offitio priuatur, sed nobilitatem amittit.*

Et

ET finaliter respondendo su
prascripto Cæphal. cons.
237. in ordine posito sub
nu 20.& 21. adduco distinctio
nem per eum factã nõ tollere
essentiam nobilitatis ipsius of-
fitij,siue à persona nobili, siue
à persona vili exerceatur, quia
aut persona,aut offitium respi
citur,primo casu dictum fuit,
quempiam, nisi scientiatũ hu-
iusmodi munus habere posse,
ex tali namq; scientia,quis no-
1 bilitatur, cùm per actus † vir-
tuosos dignitates conferantur
d. tit.C.de dignit. & ex l. 2 ff.
de orig. iur. Verum,quia nobi
2 litas illa † quæ natalia, honorẽ
vitæ conspicuum patrimonij-
què diuitias respicit,& quę sub
se vnico tempore, eadem indi
uisa retinet,vt cauetur ex l. no
biliores C. de vectigal. nobili
3 tati † eorum præferenda est,
qui tantummodo ex vna illarũ
qualitate ornati dicuntur, arg.
auth. itaq, mortuo C. Comun.
de success. & in auct. de con-
sangu. & vter. fratr. circa me-
dium §. affinitatis inst de nupt.
las. in §. in personarum nume-
4 ro instit. de action. nobilior †
namq; & potentior in liga est
præferendus. Innoc. in c. 1. de
maior. & obed. Bal. de pac. cõ
stant. §. in nomine Xpi, & in
rubr. C.de profess. & Alex. in
l. 1, ff. de albo scriben. Ideò ma
5 gis † nobilis, notarius illi, infe
riori nobilitate existenti præ-
6 ferend⁹ est,quia † virtus vnita
fortior est,c. 1. in fin. de tregu.
& pac, vide Bart. in l. 1. circa fi.
C. de dignit. lib 12.
Si verò respicimus offitium pro-
ut est in se,vti subiectum nobi-
7 le,† non potest per differentiã
personarum mutari,seu altera
ri, vt infra demonstrabitur in
cap. 50. Hoc tamen verum pu-
tarem,quod vbi ex causa con-
tractus altercaretur inter nota
rium diuitem, & notariũ pau-
perem, ratione diuitiarum pro
8 diuite † præsumi debere ad no
tata per Spec. §. 14. vers. quid si
hæres,tit. de instru. ædit. & in
vers. item excipitur tit. de ac-
cusat. & hæc præsumptio tolli
tur vbi contrariũ opponi pos-
set ex latere pauperis,& quem
9 † eius boni mores aliter indi-
carent, nam eo casu, boni mo.
res, diuitias præcedunt, l. sci
re §. fin ff. de tutor. & curator.
dat. ab his §. final in instit. pro
10 hæm. cuiquè pauperi † con-
traria probatio, atquè de-
fensio, minimè esset denegan
da l. 3. §. si ad diem. ff. de re
milit. c. cum inter de except.
Corn. in consil. 134. libr. 3.
ita vt sublata per pauperem
falsa

falsa diuitis intentione, nobi-
11 litatis † essentiam diues amittere dicatur, Bart. l. 1 C. de infam. lib. 10. & in l. 1. C. de his qui non implet. stipen. & cõsequẽnter tamquàm falsarius, siue diues, siue pauper sucumbẽs, offitio priuãdus est ad ea quæ per me superius allegata, atq; deducta fuere.

Viles tùm ex persona, tùm ex arte, quinam sint, declaratur. Cap. XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Nuntij publici curiæ, viles personæ dicuntur.*
Item illegitimi.
Item ingrati.
Item artifices, qui viles exercent artes.
2 *Ars vilis quænam dicatur.*
3 *Ars vilis, ac reproba secundum communem loquendi vsum, atquè loci consuedinem est intelligenda.*
4 *Artem vilem exercentes, & deffectus à iure communi per Doctores, suppositos, patientis à notariatu, de iure nostrati, & moderno, reppelluntur.*

QVamobrem videre est, quæ nam personæ, & quæ artes viles dicantur, tàm de iure communi, quàm de iure statutario Papiẽsi, & communiter per admodum venerãdum DD. Notariorum Collegium ipsius Ciuitatis inuiobaliter, & præsentaneæ obseruato, & omissis prędictis, quæ ad rem faciunt, in d. l. humilem. de iure communi specialiter viles dicuntur pesonę, scilicet
1 † nuntij publici curiæ, pront sic deducit Bal. in l. si vt proponis, in 2 quæst. C. de execut. rei iudic. motus per l. fin. ff. de iudit. Item, & illegitimi, Alex. in cons. 49. lib. 4. Itẽ, & ingrati, Bal. in l. fratres C. de inoffic. testam. Item & artifices qui viles exercent artes, vt voluit Bart. in l. ex. libero ff. de
2 quæst. Ars verò † vilis dicitur illa, quæ apud homines parui fit, veluti (impropriè tamen loquendo) vendere sal, & oleum ad minutulum, & veluti ad suuium custodiam se supponere, cum similibus, vt colligitur ex text. in l. ne quis, & ibi glo. C. de

de dignit. (& proprio modo) veluti, peliipariorum, fabrorum, & similium, ex glos. in verbo mæchanicis §. quod autẽ, auct. de non alienan. aut permutan. Item & tabernaria, & macellaria ex clem. 1. extr. de uit. & honest. cleric. Quo fit vt ars vi
3 lis, & reproba sit † intelligenda secundum consuetudinem loci, & communem vsum loquendi, vt optimè sentit Soci. in cons. 246. sub nu, 3. lib. 2. Quo circa offitium notariatus recto tramite ad maiorem nobilitatem perduxerũt. viri nobiles, integritateq; sussulti, atquè de vniuersitate admodum veneran. Collegij Notariorũ huius Inclitæ Ciuitatis Papiæ, scilicet, vt remotis quibuscunquè obstaculis, & seu verius dubijs. quæ quouis modo oriri possent, atquè pro nobilitatis, munerisq. notariatus conserua
4 tione, nemo † qui aliquos in infrascriptis statutis, deffectus appositos patiatur, atque artium vilium in eodem enumeratorum sit exercitor dicto collegio minimè aggregari valeat, & quæ nam personæ indignæ, artesquè viles exercentes, ex forma prædictorum statutorũ ad communionem notariorũ de Collegio minimè admitti possint, ex infrascr. statutis, tùm antiquis, tũm nouiter ædi tis, colligitur, & ad declarationem, atq; maiorẽ prædictorũ corroborationem, quod scilicet, de hodierna cõsuetudine, nobile offitium prædictum reputetur, & ad exclusionem eorum quæ diuerso tramite adduci possẽt, verba eorũdem statutorum hoc in volumine apponenda, non ab re censeo.

Quinam ad notariatũ, deffectus ex statutis per vener. Papiæ Notariorum Colleggium tùm antiquitus, tùm nouiter æditis patientes haud assumi possint, passim deducuntur. Cap. XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *VErba statutorum, tàm antiquorum, quàm nouiter æditorũ circa receptionẽ notariorum qui in Colleg. Paipen. recipi possunt, punctualiter afferuntur.*

Idcircò

IDcircò ad exclusionē eorū, quæ in medium, ex contraria sētentia afferre possent; ordinarunt, atque iuste sanxerūt, ad vniuersitatem notariorum Inclitæ Ciuitatis Papiæ aggregati sub statuto 18. in antiquis de modo, & forma tenēdo, & tenenda per consules super receptione notariorum venire volentium ad societatem dicti Collegij, & cuius statuti verba sunt hæc, videlicet.

Item statutum, & ordinatum est, quod Consules dicti Collegij, vel maior pars ipsorum cum præsentia duodecim notariorum de dicto Collegio ad minus, possint, & debeāt quēcumq; cupientem, & petentem venire ad eorum societatem, recipere ad dictum Collegium, & in notarium de dicto Collegio, dummodo dictus petens, & cupiens venire ad dictam societatem sit maior decem, & octo annis, & minor tantum quadraginta, & natus de legitimo matrimonio, et homo liber, letteratus, & sciens scribere, & nō promotus ad sacros ordines, & nō benefitiatus in aliqua Ecclesia, nec professus in aliquo ordine, & qui promittat, q non vtetur benefitio clericali, quantum est artis notariæ, & qui recipiendus iuret prædicta corporaliter tactis scripturis ad Sācta Dei Euāgelia in manibus Consulum, vel maioris partis ipsorum. Item quod erit bonus, & fidelis societati dicti Collegij, & qui talis recipiendus promittat, & promissionem faciat cum omni debita iuris, & statutorum d. Collegij solemnitate in manibus dictorum Consulum, vel alterius offitialis d. Collegij per publicum instrumentum de attēdendo, et obseruando statuta dicti Collegij, & consilia, & reformationes dicti Collegij, toto eius posse, & scire, & præcepta Cōsulum, et q non faciet se promoueri ad sacros ordines, & quod non assumet aliquod benefitium ecclesiasticum, & quod non profitebitur regulam

lam alicuius ordinis, nisi prius renuntiauerit societati prædictæ, et arti notariæ, sub pœna librarum centum Papiensium. Et qui etiam promittat de non exercendo unquam per se ipsum manualiter offitia barbariorum, pelipariorum, & furnariorum, mulinariorum, beccariorum, oliariorum, piscatorum, & reuenditorum, piscium, & auium, & carnium sallatarum, & olei ad minutulum, calegariorum, sartorum, seruitorũ, tabernariorum, scussorolorũ, ferrariorum, formaggiariorum, lænonum, & muratorum, & magistri lignaminis, & confectorum pellium, nautarum, lanariorum, sapatorum, bubulcorum, tinctorũ, spatariorum, cimatorum, nec aliquod ipsorum, nec aliquid turpe vel indecens offitium arti, vel collegio suprascripto sub pœna, &c.

Et ad prædictorũ confirmationẽ, inter statuta nouiter à dicto veneran. Collegio ędita adest statutum sub rubr. Qui in Collegium recipi prohibeantur, tit. 2. & cuius statuti verba hæc sunt, videlicet.

In Collegium non recipiantur, qui de legittimo matrimonio non sunt nati, etiam si fuerint legitimati, aliter quàm per subsequens matrimoniũ, minores annis viginti.

Qui non sunt oriundi de Ciuit. Papiæ, vel eius districtu, qui q; in ea, vel eo per quadraginta annos continuos computato tempore patris, auiquè paterni non habitauerint.

Qui per biennium continuum in foro Ciuitatis Papiæ, & sub disciplina causidic. Papiensis non practicauerint.

Qui aliqualem legum cognitionem non habent, puta qui Constitutiones Mediolanensis Dominij, & statuta Papiensia saltem non perlegerint, qua in re stetur iuramento ipsorum Collegium ingredi volentium.

Qui probis moribus, vitaeq; honestate prediti non sunt, Religiosè, & iuxta catholicæ, Romanæq; Eccl. præcepta non uiuentes. Ar-

Artem mechanicam exercentes.

Aliqua infamia iuris, vel facti notati.

Et qui patres habuere infames, vitaq; turpitudine coinquinatos, ut veneficos, circulatores, lenones, publicos usurarios, & huiusmodi, quorũ memoria, filiorum vitã valde suspectam reddunt.

Item, qui patres habuere odiosos, aut nimis viles personę, (puta satellites, baiulos, nautas, caupones, stabularios, rhedarios, molendinarios, agasones, muliones, opiliones, cerdones, et huiusmodi,) quorum villissimum vitæ genus filiorum usq; animos abiectos nimis, et ad mala pronos redarguit, nisi tempore publicationis horum statutorum, præmissorũ aliquis, arti notariatus ità vaccauerit; ut sit in proxima spe, ut aliàs admitti deberet. Is enim dummodo aliàs excludendus; per hoc statutum exclusus non censeatur.

Confirmationes Priuilegiorũ vniuersitatis Notariorũ Papiæ, nedum per fœlicissimam Federici Secundi memoriam, sed & per inuictissimum Henricum olim Roman. Imperatorem, ad notariatus prærogatiuam deducuntur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 Notarij in matricula non descripti, matriculatorum priuilegijs non gaudent.

2 Instrumentum factum per Notarium matriculatum ex statuto prohibitũ, an reddat contractum nullum.

3 Collegio Notariorum Papiæ priuilegiorum confirmationes datæ, Notarijs nobilitatem tribuunt.

4 Notarius in matricula non descriptus, tàm de iure communi, quàm de iure statutario Papiæ, Instrumenta conficere non potest.

5 Statutum Papiæ sub rubr. Quod nullus Notarius, nisi sit de Collegio, possit conficere instrumenta, declaratur.

6 Sta-

6 *Statutum de notario simpliciter loquens, de matriculato illud est intelligendum.*
7 *Artes mæchanicas exercens, nobilis esse non potest.*
8 *Argumentum a contrario sensu, in iure procedit.*

1 CAeteri verò Notarij † in Collegij matricula minimè descripti, matriculatorum priuilegijs gaudere non possunt, auth. habita C. ne fil. pro patre, vbi Doct. sicuti de hoc textum celebrem habemus in l. matriculam, vbi Bart. C. de agen. in reb. lib. 12.

2 An verò instrumentum † factum per Notarium matriculatum à statuto prohibitum, nullum reddat contractum, vide Dec. in cons. 17. atq; Bal. in cons. 456. vers. 2. lib. 1. Et quid de Notario Apostolico, vid. Abb. in c. cum P. tabbellio. de fid. instr.

Et quorum (in proposito) priuilegiorum confirmationem reportauit vniuersitatis prędictę Collegium, à fælicissimis recordationibus Inuictissimorum Fęderici Secundi, atq; Henrici Imperatorum, in expositisq; statutis insertam, quorumquè priuilegiorum essentia sub huiusmodi verbis continetur videlicet.

3 *Federicus † Secundus, Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Hierusalem, & Siciliæ Rex. Potestati, totiq; Communi Papię fidelibus suis, gratiam suam, & bonam voluntatem. Literas vniuersitatis vestræ, quas super factoNotariorum Ciuitatis vestræ, nostræ celsitudini destinastis solita benignitate recepimus, & intelleximus diligenter, & quia dicitis; nisi ijdem notarij vestri, in eo statu fuerint, in quo erant, priusquam ædictum nostrum fecissemus, in Ciuitate ipsa, pro societatibus dissoluendis, quod propter hoc multa scandala, propter falsitates instrumẽtorum possunt emergere, in Ciuitate ipsa. Nos huiusmodi periculo obuiare, et vtilitati vestræ prouidere volentes intuitu, deuotionis vestræ, & fidei volumus, et mandamus, vt in eo statu, sint notarij supradicti, in quo ante ædictum nostrum stetisse noscũtur, Dat. Caltageren.*

Q 14. Fe-

14. Februarij anno Natiuitatis Domini 1227. Imperij verò nostri, anno septimo.

Et subsequenter eod. priuilegio, inter statuta prædicta nouiterquè ædita, huiusmodi legũtur.

Ideò Collegium post multos annos, approbare statuta condendi, & iurisdictionem inter notarios exercendi, plena facultate donare, nec non & pro eiusdem Collegij bonis immunitatis priuilegio insignire dignatus est, Inclitæ memoriæ Henricus Septimus: cuius Rescripti exemplum huiusmodi est videlicet.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis Sacri Romani Imperij fidelibus, præsentes literas, gratiam suam, & omne bonum.

Cum à nobis petitur, quod iustũ est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt pro sollicitudine, offitij nostri, ad debitum perducatur effectum. Cum itaq; ex parte Notariorum Ciuitatis Papiæ fuerit nobis humiliter supplicatum, vt eorũ Collegium approbare, aliàs illud munificentia regia prosequi, de benignitate solita, dignaremur. Nos, vobis eorũ in hac parte benignius annuentes, prædictum Collegiũ, sicut licitè, ac ritè factum est auctoritate regia approbam', eidem Collegio, eadem auctoritate nihilominus concedentes, vt sicut hactenus, sic de cætero consules, rectores, & offitiales sibi eligere valeant, qui inter illos de dicto Collegio, auctoritate nostra iurisdictionem exerceant, quiq; cognoscẽdi de falsitatibus instrumentorum, & scripturarum, cõmissis, seu committendis per eosdem de prædicto Collegio, ad hoc quod excludendi eos perpetuo, vel ad tempus, à consortio suo, quos super his culpabiles, cõscios, et participes fore inuenerint, ac alia statuendi, & ordinandi in dicto Collegio, quæ ad honorem, & vtilitatem ipsius vide-

uiderint expedire, plenam habeant facultatem. Quodq; nihilominus Rectores communis prædicti, statuta, & reformationes, eiusdem Collegij licita, & honesta, tenere, & habere omnimodò teneantur iure, & honore nostro, ac Imperii, necnon & iurisdictione Vicarii nostri, qui in prædicta Ciuitate pro tempore fuerit, in omnibus semper saluis. Et vt maiorem se gratiam à nobis reportaße letetur pro Collegio, præmissa auctoritate concedimus, vt de bonis, & iuribus, quæ relicta sunt, uel relinquentur eidem intuitu pietatis, ad pios vsus, aliàs pauperibus, vel ecclesiis largienda, talleam, vel collectã, seu functiones alias, quæ ciuibus dictæ Ciuitatis pro tempore imponuntur, omni pœna, seu mulcta ceßante, præfato communi soluere minimè teneantur, districtius inhibentes, ne quis dictum Collegium, super his molestare, seu aggrauare præsumat, & cuius rei testimonium nostræ Maiestatis sigillum præsentibus est appensum, Dat. Mediolani quarto idus Martii anno Domini Millesimo trecentesimo vndecimo, Regni verò nostri anno tertiò.

Et quæ priuilegia, huiusmodi, sequuntur videlicet.

Verum enimuerò Collegium ipsum vsq; ab initii sui tempore, non tantum, communi omnium iure, & propriis moribus, & statutis vsũ fuisse optima ratione credendum est; aliter enim post non longum tẽpus, spatium corruisset, cum non domus vlla, non ciuitas, non vniuersitas, non hominum genus, non deniq; ipsa rerum natura omnis, (iuxta Tulii sententiam) stare, sine legibus queat; sed talia decreta, uel vetustate neglecta, vel simul cum dissolutione Collegii interiisse, verosimile est. Quare auctionem, quæ quidem ad nos peruenerit, statutorum Collegii compilationẽ, anni salutis 1 2 5 5.

fuisse factum inuenimus per nouem prudẽtes viros, tunc Collegii notarios vt supra Anselmum Fyclerium, Ricardum Mædiceum, Gregorium Trouamallam, Lafranchium Cuchium, Iacobum Medicem, Marcum Nuchium, Petrum Sclafenatum, Carlonum Gusfareschium, & Iacobum Figariam.

4 Et quod Notarius † in matricula minimè descriptus non possit instrumẽta conficere tenet Bal. in l. petitionẽ C. de aduoc. diuers. iud. & isdem in l. eo tẽpore ff. de test. milit. ad hoc facit statutum Papiæ in ciuilib. sub rubr. Quod nullus notarius, nisi sit de Collegio, possit face-
5 re instrumenta, quod tamen † statutum limitationem recipit, vbi copia notarij matriculati haberi non possit secundũ Angel. iam per me superius citatum d. l. si vacantia C. de bon. vac. lib. 10. & quod statu-
6 tum † simpliciter loquens de notario, semper de notario matriculato intelligi debeat, voluit Bal. d. l. eo tempore. ff. de test. milit. vnde cum artes prædictæ, & reliquæ mechanicæ turpesq; à notario excludãtur, ad effectum, vt nobilitatem adipiscatur; nobilis consequenter est denominandus, quoniã
7 nobilis esse † non potest, qui mechanicas exercet artes, Bal. in l. nobiliores C. de commerc. & merc. Socin. in cons. 246. incip. eleganter, & subtiliter prima ratio est, quia circa fin. libro 2. Felyn. cap. super eo. de test. col. 2. & in c. ad eo. de rescr. Ideo prohibito notario ne eas exerceat, nobilitatem secũ trahere videtur, arg. à contra-
8 ric † sensu in iure procedenti ex l. 1. §. Huius rei, & ibi Doct. ff. de off. eius cui mand. est iurisd.

Jurisdictionem in Notarijs Galliæ Cysalpinæ annexam esse, & offitium Notariatus communiter, nobilitatis essentiam in se retinere significatur. Cap. XXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Notarij, in Longobardorum regione voluntariam exercent iurisdictionem.*
2 *Notarij, à Comitib. Palatinis creati, iudices chartularij dicuntur.*

3 Via

3 *Via ordinaria coram notarijs Lombardiæ agi potest.*
4 *Sententia lata per notarios voluntariam iurisdictionem habentes, & coram quibus via ordinaria proceditur, vim iudicati habet, actionemq; in factum parit.*
5 *Emancipatio facta cum iudicis interuentu, coram notario absq; iudicis decreto, dissoluta valet.*
6 *Notarius, an iurisdictionem contentiosam retineat.*
7 *Notarij, iudices chartularij nuncupati, in dignitate, & honore constituti dicuntur.*
8 *Iurisdictio dignitatem annexam, amplectitur.*
9 *Iudices chartularij, honorem sine administratione habent, & quare.*
10 *Honor, & vituperium, à communi opinione hominum habet esse.*
11 *Offitium illud, habere annexam dignitatem dicitur, quod sic communiter reputatur.*
12 *Nobile notariatus offitium, communi opinione existimatur ex matriculis Collegiorũ in Longobardorum regione, & præcipuè hac in vrbe Ticinensi notorium esse deducitur.*
13 *Antonij Mariæ Spelta contra Notarios, & Causidicos dictum reprobatur.*

RESpicias (quæso) lector, tui intellectus speculatiui medio, an scilicet notariatus, tam de iure communi, quam pariter de iure statutario, ex supra allegatis, nobilitatem potius, quam turpe, & ignobile quidquam apud se retineat. Nec satis, adhuc laudatum per me nostris temporibus, offitiũ ipsum existimo, quin etiam iterum atq; iterum decus, honorem atq; dignitatem, eidem iniũcta, & luce meridiana clariora videamus, si quidem notariatus offitium,
1 cum iurisdictione † iunctum inueniatur, vt potè, in hac Lõgobardorum regione, in qua, qui ab Imperatore, vel Comitibus Palatinis creantur notarij, creanturq; simul, & semel
2 iudices ordinarij, ijq; † habent voluntariam iurisdictionem, cuiusq; vigore guarentigiam percipiunt Innoc. in cap. cũm à nobis de test. Iudicesq; chartularij nuncupari solent glos. in l. fin. C. vbi & apud quem & in l. rem non nouam C. de iudit. habentq; iurisdictionem,
3 ita vt partes † consentientes in huiusmodi notario, coram eo, via ordinaria litigare possint, & qui notarius iurisdictionem habet cognoscendi, & decidendi inter ipsas partes, de his, quę aliàs cognoscere non potuisset l. priuatorum C. de iudit. quinimo
4 sententia † ab eo lata, habet

bet vim rei iudicatę, in factūq; parit actionem Ias. in .l. error C. de iur. & fact. ignor. decretaq; ab eo interponi possunt, & specialiter in emācipatione,
5 quæ † licet cum interuentu, & decreto iudicis ordinarij fieri debeat ex §. cum autem Institut. quib. mod. ius patr. potest. solu. attamen emancipatio ipsa soluitur coram huiusmodi notario decretum interponente, & illam valere dixit Paulus de Castro cons. 83. volu. 1. & super huiuscemodi articulo, difusius vide Corn. in cōs. 259. incip. viso, per totum lib. 3. ibique diserendo proponit, an scilicet notarius habeat iurisdictionem, & iudex dicatur chartularius, & an iurisdictio-
6 nem † contentiosam habeat notarius ipse, vide eūdem Corn. in cons. 238. incipienti visa d. lib. 3. tales autem iudices char
7 tularios † in honore, & dignitate constitutos esse probatur,
8 tum, quia cum iurisdictione † semper adest dignitas, & omnes iudices, in honore constitui dicuntur .l. semper ff. de iur. immun. l. iudices C. de dignit. tum ex glosæ testimonio in .l. 1. ff. de iudit. (ibi præest dignitati tantum) quæ subiungit (vt
9 sunt † iudices chartularij) atq; etiam ex glos. in d. l. rem non nouam C. eod. tit. in verbo facultatem, quæ de iudicibus chartularijs verba faciens inquit [qui habent honorem tātùm, sine administratione] & ideo administratione carent, quia non iudicāt, nisi cum partes in eos consentiunt; ideo citra præmissorum præiudiciū, de consuetudine, & communi reputatione, etiam in hodiernā diem, ars notariatus in honore
10 residet: honor namq; † & vituperium, à communi hominum opinione habet esse Tiraquel. sup. cit. loco de iur. con stit. possess. d. tricesima limi-
11 tat. & illud offitium, annexā † dicitur habere dignitatem, qđ sic in ciuitate reputatur, vt sen sit Bart. in l. vnica C. de mulier. & in quo loco nu. 11. lib. 10.
12 Et quod offitium non vile † sed potius honestum, communi hominum existimatione habeatur, patet, quia si vile reputaretur, vtiq; tot nobiles, natalibus clari, diuitijs affluentes optimisq; moribus imbuti, in vnaquaq; ciuitate, illi haud se adijcerent quinimo illud effugerent; Et cum verisimile sit, tot viros nobilitate fulgentes, tali non sese applicuisse offitio, si vile, & eorum nobilitati sordes dedecusq; allaturum existimassent: Quod autem nobiles

biles viri omni tempore illud amplexi fuerint, indicant matriculæ in vnaquaq;, & præsertim in hac Ticinensi ciuitate, in cuius notariorum collegij matricula omnibus temporibus super quatuor centum annos, notariorum existentiū, ex primis, & magis Ill. familijs dictemet Ciuitatis Papiæ nomina leguntur. Ex ijs igitur per me deductis colligitur non recto iuditio sensisse Doctores, qui absolutè, notariatus officium vile existimarunt, (vt di-
13 xi) sicuti pariter † nō recto iuditio, vt mihi videt̃ cū bona pace Ant. Mariæ Speltæ scriptū reperitur, in ei⁹ libro, Historiarū antiquitatis huius Inclitæ Ciuitatis Papiæ, notarios scilicet, & causidicos, ex sudore pauperum, & litigantium sanguine sibi ipsis victum parare, auctoritate Platinæ de vita Summorū Pontificum, & præcipuè de vita Nicolai Tertij, in ordine Pontificum 193. constituti, quod quidem ab eodem auctore enuntiatum, repulsam, optimo iure meretur, cum referenti non credatur, nisi de relato constet, quoniam si bene videantur dicta per Platinam, ea quidem, loco, & tempore arctata videntur, quandoquidem, illud dictum ad notarios solùm, & causidicos ciuitatis Romæ tunc turpiter sic viuentes, restringatur. Ideo cū tempus imperfectum eò loci denotetur, ad præsens igitur ex propria significatione trahi non potest, Bart. in. l. si quis id quod §. serui col. 1. in fin. vers. venio ad vers. quod si ff. de iurisd. omn. iud. & in. l. verbum erit ff. de verb. obligat. & præcipuè cum hic agatur de casu odioso, in quo extensio prohibetur c. odia de reg. iur. in 6. Dec. in l. quod contra rationē num. 4. ff. eod tit. l. 2. ff. de lib. & posthum. & Bart. in. l. illud num. 3. C. de Sacr. sanct. Eccl. Obmutescant igitur ij, qui nostra tempestate notariatum vilipēdere student, quando obtrectationes suas sacrarum legum clypeo tegere nequeāt. Quod si in posterum, in notariorum vniuersitatem, dentem acuere non desinent, iustam animi maleuoli notam non effugiēt.

Tabel-

Tabellionatus offitium, vile existimatum, quomodo intelligatur, & ad illud indignè aspirantes, quare à tali cogitatu sese retrahere debeant, optimè dilucidatur. Cap. L.

SVMMARIVM.

1 Offitium notarij, subiectum ingenerabile, atq; incoruptabile dicitur esse.
2 Notarij offitium, quodammodo per accidenr, non ex sui essentia, maculam, exemplis narratis, pati videtur.
3 Philosophia quid sit.
4 Philosophiæ laudes describuntur.
5 Indignos, ad munus notariatus assumentes, tutæ non dicuntur conscientiæ.
6 Creantes indignè notarios, malè peragunt.
7 Notarios, in eorum creatione, nedùm super communiter accidentibus, sed & diuersis, interrogare, perutile existit.
8 Nouiter emergentibus, nouum datur auxilium.
9 Sufficientia in vno, in altero dissimili non redarguitur.
10 Notarius creatus, & illum creantes, per claudicans instrumentum, parti lesæ ad restitutionem tenentur:
11 Causatum, qui causam præbet, producere dicitur.
12 Idoneus dicitur is esse, quem virtus probat.
13 Cæcum, cæco ducatum præstans ambo in foueam cadere posse, dicere est necessarium.
14 Notarij assumptio indebita, creatum, notarij nomine, carere indicat.
15 Subiecta talia esse dicuntur, qualia, prædicata patefaciunt.
16 Margaritæ, ante porcos non sunt proijciendæ.
17 Virtus, in virtuoso adeò refulget, vt (latens) radios suos, vbiq; apparentes demonstret.
18 Ambitio, à iure reprobatur.
19 Ambitio omnium delictorum est causa, & vti peccatum mortale est euitanda.
20 Præmium, merentibus datur.
21 Honorem, non meretur, qui eodem indignus reputatur.
22 Ambitione, & seu dolo offitium assumens, meritis ipsis offitij, indignum se constituit.
23 Labor omnia vincit.
24 Vigilantibus, non dormientibus, iura subueniunt.
25 Virtus laudata crescit.
26 Honorem maiorem, adipiscitur is, qui ab honore indebitè assequendo desistit, quam is, qui eo adepto, illum cum ignominia derelinquere cogitur.

27 Futu-

27 *Futura prævidere, summa prudentia dicitur esse.*
28 *Falso nomine, sibi ipsi attributo, nihil turpius excogitari potest.*

VIdere nũc oportet, quomodo notariatus offitium vile intelligendũ dum sit; Ad cuius cõsiderationem à persona, ad offitium, separatio fieri debet: quia cùm
1 offitium † notariatus, de per se, subiectũ sit ingenerabile, atq; incorruptibile, mutari superinde, neq; corrumpi potest, ex Arist. Phisic. lib. 1. in fin. & idẽ de generat. & corrupt. ad initium: sed eidem offitio adiuncta persona, ad illud subeundũ
2 indigna, videtur † quodammodo maculatum offitium, non per se, sed per adiunctum, ad instar solis, qui licet ex nubibus densis, videatur per accidens amittere lucem, non ob id, eiusdem lumen, tamquam immaculatum in subiecto offici, neminem id allegare est præsumendum, prout idem in lucidissimo speculo est videre quod ex alicuius halitu obũbrationem patitur, ita vt ex Sole, vi, nubibus expulsis, atq; ex speculo, halitu deiecto, illorũ veram proprietatem, & seu substantiam semper solidam, atq; illæsam reperiemᵘ. in proposito siquidem succedit, illud Petrarchæ dictum, scilicet.

Pouera è nuda vai Filosofia.

non quia ex sui natura vilis e-
3 xistat, quæ vt † habetur ex Diuo August. de Trinit. lib. 14. c. 1. rerum humanarum diuinarumq; scientia dcitur, & cuius
4 † laudes incomparabiles sunt, vt inquit sapiens, c. 7. scilicet. Hæc spæciosior est sole, & super omnem dispositionem stellarum, & luci comparata inuenitur prior. Omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius, Nam omnium bonorum mater est, & thesaurus infinitus hominibus, quo, qui vsi sunt, participes facti, sunt amicitiæ Dei, & c. sed ex eò quod parui fit ab hominibus, nec eã habeant illius, homines existimationem, quam ipsa desiderat, & sic non ratione contenti, ad subiectum relati, sed ratione continentis, idest quoad exercitum intelligitur, ideò merito subiunxit Poeta illæ.

Disse la plebe al vil guadagno intesa.

Inaduertenter tamen huiusmodi offitium, ignari, cum maximò illorum dedecore adipi-
5 scuntur, & eidemmet † ad illius offitium assumentes, non

R tuta

tuta id peragunt conscientia, quandoquidem illud, ij per ambitum suscipiunt, isti verò per pecuniam sic ignaros, creatos esse volũt. vt quotidie, vt plurimumq; diuersis in regionibus, tàm à Comitibus Palatinis, q absq; interrogatione notario fienda, & informationibus de vita, moribus, illiusq, scientia minimè assumptis, præcipitanter, eodem per pugillar, & calamum inuestito, illum, Imperiali auctoritate notariũ creãt,
6 quàm etiam † à plerisq; collegiorum agentibus, qui ad deputationem circa talium examen admittuntur, nec sufficit
7 † Instrumenta Acquisitionis Dotis, Inuestituræ, Locationis, Compromissi, & similiũ memoriæ commendare, neq; thematem, congrua, atq, latina locutione compositum explanare, & obid eundem aggregari cupientem perfectum dici debere est asseuerandum quãdoquidem infiniti eueniãt quotidie noui contrahendi casus, vt iure meritò succedat il-
8 la conclusio scilicet, quæ † de nouo emergunt, nouo indigẽt auxilio, Bart. in l. si ab arbitro, & ibi glos. ff. qui satisd. cog. nec
9 sufficientia † in vno redarguit sufficientiam in altero dissimili arg. l. Cassius, vbi Bart. ff. de Senator. Spec. §. 1. num. 14. tit. de aduoc. lib. 1. & proinde diligenter super casibus diuersis, saltem frequentioribus examinandi tales veniunt, ne contrahentes in posterum ex eorũ instrumentis litigare cogantur
10 quo casu non solùm † notarij ipsi, sed & Com. Palatini, atq; ad illorum receptionem deputati, ad damna, & interesse tenentur l. fin. C. de magistr. conuen. & quomodo id procedat, vide Clar. in pract. crim. in §. falsum col. 5. & vt idem tenet Sotus de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. artic. 4. præter offitij priuationem, notarij talia comitentis (vt dictum est) & huiusmo-
11 di † sic creantes, vti causam dãtes, causatum producunt l. & si amicis ff. ad l. Iuliam de adult. solummodo igitur in arte pe-
12 ritos, & idoneos, quos † virtus probat iuxta Baldi sententiam in l. præcibus col. 8. C. de impub. & alijs substit. assumere, eorum studium esse debet, ne
13 aliter vti cæcus † cæco ducatum præstans, ambo in foueã cadant.

Sistant ideò gradum imperiti, ad huiusmodi offitium assumendum aspirantes, maximumq; conscientiæ onus offitium ipsum, in se continere præmedi-
14 tentur, vt si indigni † illud recepe-

cepe-

ceperint (præter allegata) notarij nomen habere, & consequi minimè mereantur: tales enim per pecuniam, vel simoniam potius, quàm virtutis meritis creati, ipsius offitij nomen amittunt, vt prudenter scripsit Bart. de Doctore loquens in l. Athletæ ff. de excusat. tut. inscitia etenim, seu peritia, talem eundem indicat, qualem se demonstrat, & talia
15 sunt † subiecta, qualia prædicata patefaciunt l. si seruus plurium §. 1. ff. de leg. 1. & l. qui interrogatus §. 1. vbi Bal. ff. de interog. it. act.

Desistant iterum ignari a notariatus aspiratione, qui vti indigni repellendi sunt, atq; nec audeant eiusdem nobilitati, sese
16 concomitare, cum ante † porcos non sint proijciendæ Margaritę, c. in mandatis 43. distin. & cæteris adductis per Spec. in §. nunc de exordijs num. 26. tit. de aduoc. libr. 1. sed si eosdemmet, ad illud aggregari cupiant, summoperè, maximaquè cum diligentia, atq; solertia, eorundem virtutis medio illud aßequantur, & ad cuius virtutis consecutionem, nemo se retrahere deberet: adeò nã-
17 què in virtuoso † refulget virtus, vt ne quid maius exoptandum sit, auctoritate B. Chrisost. super Matt. Homel. 15. in vers. bene autem ait, sic dicentis [nihil est quod sic hominem faciat insignem atq. conspicuum, quàm virtus, etiam si magno ambitu optet latere: vt enim splendor iste virtutis in ipso Sole refulget, ita virtutibus circundatus vndiq. clarus elucescit, nec in terram solummodo radiós proprię virtutis emittit, sed supra etiam ipsum cœlum proprio fulgore radiat] vt idem refertur ex adit. ad Bart. in verbo nobilitas, sepius allegata l. 1. C. de dignit. lib. 12.

Nec huiusmodi offitium quisquã, ambitione assequi cupiat, quæ
18 omnino † reprobatur ex clem. 1. de regu. & ex clemen. fin. vbi
19 Card. de elec. ipsaq. vti † causa omnium delictorum, vt peccatum mortale est euitanda, sic deducente d. Card. memorata clem. 1. de regu. in 3. & 4. notab. Qua de re D. Bernard. in serm. Quadragesim. adducere solebat scilicet [Ambitio, futile malum, secretum virus, pæstis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinæa sanctitatis, execatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medicina langorem generans] de hac ambitione enarrat Senec. Epist. 88. dicens [grauissimum

genus ægestatis in diuitijs inopia. Relinque ambitionem, timida res est, vana ventosa, nullum habet terminum: tam sollicita, ne quemquam ante se videat, quàm de se laborat inuidia. Vides autem, quàm miser sit is, cui inuidetur, & inuidet, & acrior est cupiditas, quò illam amplioris rei spes euocat] meritis igitur proprijs, ipsius offitij radiis coruscari stu-
20 deat, quoniam nisi † merentibus datur præmium dicente Paul. Apostolo scilicet [non coronabitur nisi qui legitimè certauerit] & sicuti pariter de pallio Romæ vincendo in specie adducit Bald. in l. 2. C. de donat. ant. nupt. Bart. in l. hoc articulo ff. de hæred. instit. Dyn. in l. qui duos vers. in proposita ff. reb. dub. in apostil. & Alex. in cons. 15. lib. 4 idcirco sicuti
21 indignus † remouendus esset ab offitio, sic etiam honoris præmio, talem esse priuatum indicat Bald in l. si quis ad declinandam §. omnibus colu. 4. vers. est videndum C. de Episc.
22 & cler. & vti dolo † atq. ambitione illud assumens, ipsius offitii meritis, indignum se constituit, ex eleganti doctrina Signor. de Homod. in cons. 90. solummodo itaq;, ex sui laboris sudore, per quem omnia vincuntur §. fin. in procem. Instit. veri notarii nomen sibi acquirat, ad cuiusq; acquisitionem
24 insudare debet, vigilantibus † itaq;, non verò dormientibus iura subueniunt, vulgata l. pupillus in fin. ff. de excusat. tut. cum simil. iuxtaq. illud Petrarchæ dictum scilicet.

La gola e'l sonno, & l'ociose piume,
Hanno del mondo ogni virtù sbãdita.

Et in dies proficiendo, virtutem
25 quàm laudatam crescere significat Ouid. lib de ponto, & Bal. in l. Barbarius col. 1. vers. 4. in fin. ff. de offit. prætor. alacriter amplectatur, Diuus enim Gregorius in Pastoral. hæc profert [locus regiminis, desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus, virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat]
26 satius namq. est ab † honore indigne assequendo desistere, quàm eundem immerito susceptum, summa cum ignominia atq. dedecore totaliter deserere, glos. est specialis in cap. væ niam 35. quæst. 9. facit text. ad id in l. sed reprobari. ff. de excusat. tut. quem in proposito allegat Bart. in l. gramaticos C. de
27 professor. lib. 10. futura † itaq. præuidere, summa prudentia dicitur esse, teste Boet. de consolat. Philos. prosa 1. sic dicente [neq. enim quod ante oculos situm

ſitum eſt, ſufficit intueri: rerũ exitus prudentia metitur] & eodem, proſa 4. ſic, allegante [non enim poſſumus ob honoras reuerentia dignos iudicare quos, ipſis honoribus iudicamꝰ indignos] idemq. proſa 6. concludit ſcilicet [plures enim magnum nomen ſæpe, falſis vulgi opinionibus abſtulerunt, quòd quidem turpius excogitari poteſt?] nam (vt inquit) [qui fal
28 ſo † prædicantur, ſuis ipſi laudibus neceſſe eſt, erubeſcant.

Hæc itaq. pro nunc, ad officii tabellionatus nobilitatem ſuffi ciant. Tranſeamus modo ad notarii auctoritatẽ, apud quẽ cùm ex allegatis, tùm ex deducendis, immenſa reſſidet, eandemq. ſub hoc nomine NOTARIVS vnitam tibi trado, illamq. cuicunq. ipſius nominis litteræ accommodatam, iuxta modũ, quem tibi ſequẽs pagina ſignificat breuiter tradendum, demonſtro.



BRE-

BREVI MODO NOTARII auctoritatem sub eiusdemmet nomine compositam, fulgere omnibus indicatur. Cap. LI.

1. NVmerum clausularum cæterarum deconsuetudine, cesty lo loci, in quo notarius rogatus est, extendendi auctoritatem habet.

2. Syllaba ò vocalis est, quæ circumferentiam importat, ita vt de quocunq. actu per notarium legitimè rogato, medio sigilli legalitatis signo, extra prouinciam, vbiq. plena detur fides.

3. Tale, & tantum notariatus offitium apud homines reputationis dignum, existimatur, vt non solum apud infimos, mediocres, & superiores Magistratus: sed & apud supremam habentes potestatē, necessarium esse iure meritò sit fatendum.

4. Actus inter homines ad perpetuam memoriam tendentes gesti, fidem sic probabilem, & verificatam non habent, sicuti, quando de eis notarius rogatus, illos ædit.

5. Radicem, & fundamentum constituit notarius ex instrumento per eũ confecto, ijs quibus immortales ferè lites facillimè adiungi possint.

6. Iudices dicuntur, & ideò possunt exercere ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, cuius vigore guarentigiam percipiunt.

7. Verba à contrahentibus ad vtilitatem tertij versus notarium pro eo acceptantem prolata, inducunt ex latere promittentium obligationem ad vtilitatem ipsius tertij, & ideò.

8. Stipulari pro altero notarium posse de iure videmus.

Dictio cætera, cuius sit roboris passim declaratur. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *DIctio cætera, est ampleatiua, atq; roboratiua, ita vt per illam testium rogitus probetur.*

2 *Cætera dictio, verbũ dicitur importans omnino ea quæ sunt de natura contractus.*

3 *Dictio cætera, operatur, vt clausulæ præcedentis contractus repetitæ censeantur.*

Con-

CONueniens, itaq est vt singulatim prædicta declarentur, & ideò ad primũ assumptum procedamus, atq. uideamus, quomodo notario extensio clausularum permissa sit; ad cuius cõsiderationem tria principaliter præmittenda existimo, &

Primo, quid significet, & seu importet, dictio Cętera.

Secundo, quomodo clausula de commissione contrahentium, vel testantium, scilicet, & extendatur ad consilium sapientis regulari debeat, &

Tertio, qualiter, commissio notario facta circa extensionem cæteratorũ de iure, & ex Doctorũ sententia procedat. Et Breuiter ad ea, quæ substantifica esse reperiuntur tantummodo deuenio.

Primam itaq. in ordine capio propositionem, & ad huius dictionis cętera significationem deuenio atq. dico, quod dictio

1 Cætera est † dictio ampliatiua, roburq. præstans, sicq. operatur, vt per huiusmodi verba, præsentibus testibus, & vocatis, &c. testium rogitus probetur, sic Bal. in l. Hac consultissima C. de testam. Panormit. in c cum P. tabellio de fid. instr. & in c. causam de test.

Item dictio Cætera verbum dici-
2 tur † importans, omnino ea, quæ sunt de natura contractus sic optimè sensit Bal. in l. si duo §. si quis ff. de iur. iur. & plenius Alex. vna cum Ias. in l. argentarius in princip. ff. de ædend.

3 Quo fit vt à fortiori clausulas † contractus præcedentis repetitas censeri intelligat, sic tenet memoratus Alex. in l. Gallus §. idem credendum in 1. col. cum cæteris ibi adductis ff. de liber. & posthum. & quomodo id intelligatur, vide Bart. eo loci tibi plenè satisfacientem.

Et de huiusmodi dictione, & quã firmitatem retineat, dilucidè nedum prællegati Doct. locis supra significatis ostẽdunt, verum etiam patefaciunt Butr. in c. exanimata. de voto. Doct. in c. quamquam de probat. Barbat. in cons. 22. & in cons. 56. lib. 1. Alex. in cons. 29 libr. 2. isdem in cons. 37. lib. 3. Bal. in l. veniunt §. petitam ff. de petit. hæred. Roman. in cons. 343. Corn. in cons. 316. lib. 3. Imol. in cons. 435. & Spec. in §. ostenso, vers. quid ergo tit. de instr. ædit.

Non-

Nonnulla consilio Sapientis commissa traduntur, atq; particularia quaedam, circa instrumenti extensionem legislatiuè recensentur. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 Sapienti consilio, commissa extensio, quomodo procedat.
2 Sapientis consilio, quidquam commissum, incerta persona constituta, de bono viro, & sic de iudice, intelligendum est.
3 Notario, quomodo extendendi concessa dicatur facultas.
4 Extensio notario non permittitur, nec excusatur, nisi in ijs, quae sunt de apicibus iuris, non in his, quae sunt in facti scientia.
5 Omissum pro omisso habetur, vbi tamen relationem ad aliud non habeat.
6 Ea quae sunt de natura contractus, in consequentiam necessariò veniunt.
7 Effectus limitatus ad rem certam, reducitur ad illud quod determinatam praecedentiam habet.
8 Notario, ex modico interuallo, quando permissa dicatur extensio.
9 Incontinenti, quae fiunt, actui inesse censentur.
10 Incontinenti reuertens, recessisse non dicitur.
11 Extensio, quae ex modico fit interuallo, notarij conscientiae remittitur.
12 Notarij haud bene peragunt, qui sub cingulo instrumenta recipiunt.
13 Memoria hominis, lapsum facilè patitur.
14 Ignorans, quisnam dicatur.
15 Errans, quis nuncupetur.
16 Dubitans, quisnam intelligatur.
17 Testamenti factio, errantibus, vel dubitantibus, prohibita reperitur.
18 Notarius, cui errorem suum corrigere non licet, parti ad interesse tenetur.
19 Notarij ignorantia, error, vel dubitatio, per testes tolluntur, ita vt vero negotij statu per eos dilucidato, ad conficiendum instrumentum de eo quod ignorauerit, vel dubitauerit, procul dubio cogi possit.
20 Notarius, clausulas ex consuetudine apponi solitas extendere potest, praecipuè quando consuetudo vniformis reperitur.
21 Notarius, clausulas consuetas in instrumento apponere debet, dato etiam, quòd à partibus id dictum non fuerit.
22 Imbreuiatura defuncti, quomodo (remissiuè) extensionem recipiat.

NVnc autem intueamur, quomodo clausula, & extendatur ad cõsilium sapientis, &c. regulari debeat. Et breuiter distinguendo, Bartoliq; vestigia sequens in l. illa institutio, & ibi glos. ff. de haered. instituen. sic adduco, videlicet

1 licet, aut† relictum per testatorem respicit principaliter vtilitatem, & interesse sapientis, & tunc posse talem sapientem, cęterara extendere, ibidē prohibitum cauetur, si verò testamentum quoad illius substantiam, respectu institutionis omissæ, vel aliter iuris subsidiū exoptet, & sic non principaliter, quoad substantiam, testatorisq; mentem directam, sed iuris concomitantiam optantem atq; omni prorsus sapientis interesse cessante, eo quidem casu sapienti extensio prohibita non reperitur, cum non substantia relicti, sed scripturæ dictatio sapienti committatur, vt eo loci sub nu. 2. indicat Bart. & amplè Card. in cons. 40. vbi super huiusmodi verbo relinquo, quamplurima mirabiliter congessit, quod similiter in cōtractibus considerandum est, vt tenent Doct. in l. ex ea parte ff. de verb. oblig. Spec. in §. sciendum vers. sed quid si in instrumento tit. de emp. & vendit. Et quoties dicatur de con-
2 silio † sapientis incerta persona constituta, tunc de bono viro, & sic de iudice intelligendum affirmat Spec. d. vers. sed si qd in instrumento, quem sequitur ibi glos. in verbo commune l. continuus §. hoc ita ff. de verb. obligat. Et in l. 1. C. de procurat. Notarius vero quomodo instrumentum ad sensum sapientis extendere debeat vide Alex. in l. si pri⁹ §. 1. ff. de aqua plu. arc. Bal. in l. captatorias C. de testam. mil. & in l. cum quid ff. si cert. pet. nec non & in l. cōtractus, col. 2. C. de fid. instr. & aduertat, quòd non solùm tenetur diem contractus in extēsione apponere, verum etiam extensionis diem declarare necesse est, vt dicit Bart. d. l. illa institutio. Hoc tamen verum est, quod notarius in instrumēto quidq; de consilio sapientis, & de testatoris, siue voluntate partis addens, non tenetur de falso secundum Bal. in l. captatorias C. de testam. milit. vbi notario cautelam tradit, vt in instrumento, dicat se talia verba, de mādato. N. sapiētis adiecisse, quo casu, nec talis sapiens de falso tenetur cum apposuerit verba, quæ apponere de iure non potuit, vt voluit ibidem Bal. sed cum abundè Doct. super huiusmodi artic. memoratis locis prolixè sextendant ad vlteriora me longius protrahere, haud necesse opere pretiū duxi, & ad alteram considerationem deuenio, an scilicet, & quomodo notario extensio licita sit.

N. Notario, itaq; in instrumen-
3 to † extendendi facultas concessa, sic intellectum recipit, vt per distinctiones procedere habeat. Quare sciendum est, quod aut extensio respicit facti principalis essentiam, & tũc aut instrumentum scripturam desiderat, vel id minùs, primo siquidem casu eidem extensio
4 † non permittitur, nec tale cõsilium notarium excusat nisi in his, quæ sunt de apicibus iuris non in his, quæ sunt in facti scientia secundum Bal. in l. Imperator ff. de stat. hom. Et isdẽ pulchrè in l. contractus C. de
5 fid. instr. nam omissum † per omisso habetur, & hanc rationẽ allegat. Bart. d. §. idem credendum num. 4. arg. d. l. contract⁹. Nisi tamen id habeat relationem ad aliud, vt tenet Spec. in d. §. ostenso, vers. quid si abbreuiatura d. tit. de instr. ædit. secũdo vero casu, iterũ dicitur aut instrumentum non respicit negotij principalis, de quo agitur substantiam, sed solùm extensio fit de accessorijs necessariò principale concomitantib. eo siquidem casu, notarium id extendere valere procul dubbio in medium assero, vt cauetur ex d. l. item veniunt §. peti-
6 tam ff. de petit. hered. nam ea † quæ sunt de natura contractus, in consequentiam necessariò veniunt l. cæterorum ff. de verbor. signific. d. l. si duo patroni § si quis iurauerit ff. de iureiur. vbi tamen hæc dictio Cætera limitationem ad rem certam
7 non habeat, quo casu † ad illud reducitur, quod determinatã præcedentiam habet l. nam quod §. si quis compulsus ff. ad Trebel. l. item quæritur §. exercitu ff. loc. quod sanè dictum amplectitur Bart. d. §. idem credendũ num. 4. propè fin. quod tamen intelligitur, ne scilicer ea comprehendat, quæ de substantia principalem vt supra habent essentiam, vt voluit Bald. in c. cũ in iure peritus, extr. de offi. delegat.

Altera dari potest distinctio, scilicet, Aut extensio ipsa de gestis
8 fit per notarium ex modico † interuallo, & qui instrumentũ, (vt dicitur) sub cingulo recipit, & vt plurimum (licet malè) per notarios seruatur, eo namq; casu, cùm adhuc de gestis memoriam retineat, extensionem eidem licitam esse opinor, iuxta
9 illud, ea quæ † incontinenti fiũt actui censentur inesse, vulgata l. lecta ff si cert. pet. sicuti pari-
10 ter incontinenti † reuertens, recessisse non dicitur Spec. §. 4. vers. 1. tit. de Salar. quo casu ex-
11 tensio, ad eius † conscientiam remit-

remittitur secundum Bal. in c. 1. de censib. in 6. & vt idem in pūcto euenit circa correctionē erroris notarij, de qua in seq. c.
12 Caueant igitur notarij, † vt nūquam, & seu nisi maxima, & vrgenti necessitate instrumenta sub singulo recipiant; quoniā plerumq; ex diuersis accidentibus, diuersę ob id insurgunt lites maximaq; dispendia circa talium extensionem, vt dicit Bart. sæpius allegato §. idē credendum, si vero notarius post longum tempus, quo quis memoriam amisisse præsumitur,
13 & qua † labilis est l. peregrè ff. de acq. poss. & l. 2. §. si quod autem C. de iur. vet. enucl. id extendere vellet, & tunc, aut ignorat, errat, vel dubitat, & in ijs omnibus casibus extensio eidē est prohibita, cum de gestis cer
14 tus non sit, ignorans † namq; dicitur is, qui nihil scit: sed scire
15 debet, errans † vero dicitur ille, qui vnum credit, & aliud lōgè ab eo diuersum est. Dubi-
16 tans † autem est ille, qui ad plura animum habet applicatum, & quorumnam ex eis electionem prępareт penitus ignorat, quam distinctionem aperit nobis glos. in l. de statu ff. de testa. & per Spec. in §. septimo vers. duodecimo in fin. tit. deposit.
17 lib. 2. vnde sicuti errantes, † vel dubitantes in facto proprio testamentum facere non possunt d. l. de statu. multo minus notario in facto alieno, dubitāti, vel erranti permissa esse debet extensio argu. à maiori ad minus in iure cōcesso, auth. multo magis C. de Sacrosanct. Eccl. & tūc
18 notarius non † valens eius errorem corrigere parti ad interesse tenetur sic Bart. d. l. Imperator ff. de stat. hom. & Bald. in l. præsbiteri C. de Episc. & cler. Hoc tamen subordibatè, addu-
19 co, quando † ignorantia, error, vel dubitatio notarij tolluntur per testes, ipsum notarium rogatum fuisse asserentes, eoq; casu notariū ipsum ad conficiendum instrumentum cogi posse affirmant Bald. in l. fin. col. vlt. C. de edend. Alex. in l. si librarius ff. de reg. iur. & in rubr. C. de fid. instr. & Io. And. ad Spec. in §. instrumētum vers. 1. d. tit. de instr. ædit.

Ad propositum igitur, aut extensio, non respicit merita principalia, & sic principalem contrahentium, vel disponentium effectum, sed solùm gestorum
20 corroborationem, & tunc † notario, ea quæ iuris sunt extendere licere secundum consuetudinem absq; difficultate concessum videtur, dato etiam; quod extensio fieret de substantiali-

bus nõ principaliter, sed accessoriè consideratis, & de quorum appositione ex stylo, & cõsuetudine sic seruetur l. vniuersorum. ff. de pignorat. act. maximè, quando consuetudo vniformis reperitur l. medico §. fin. ff. de annu. leg. l. item Mæuia §. 1. ff. de alimen. leg. & notarius protocolla sua extendere debet iuxta cõsuetudinem suã, vel secundum aliorum generalem consuetudinem, si de sua non constet Bald. in auth. si qs in aliquo C. de edend. & quod tunc in forma communi, instrumentum extendi debeat idem Bal. adducit in rubr. C. de fid. instr. col. 11. vers sed tertio quero, & Alex. in l. si prius §. 1. ff. de aqu. plu. arcen. quinimo no-
21 tarius debet† apponere clausulas consuetas etiam quod à partibus non sit dictum, vt voluit Ias. in l. huiusmodi num. 27. ff.
22 de leg 1. Quod idem pariter† consideratur in protocollo, seu imbreuiatura notarij defuncti, ita vt clausulæ solitæ apponi per notarium defunctum in aliqua præcedenti imbreuiatura, possint, & debeant iuxta illius olim stylum extendi l. si qs ex argentarijs §. si initium ff. de edeu. & ad notata per Bart. in d. §. idem credẽdum, & quomodo ꝓcedat clarius aperit Spec. d. §. ostenso in vers. quid ergo si in abbreuiatura cõtinetur sub num. mihi 18. & ibi glosa superius alleg. tit. de instr. ædit. Adde Roman. in cons. 185. in vlt. dubitatione. Hoc tamen.

Erroneum quidquam, vbi per notarium commissum reperiatur, quo iure medio per eundem notarium corrigi poßit. Cap. LIV.

SVMMARIVM.

1 *Notariorum imperitia, mundi destructio dicitur esse.*
2 *Casus omissus in statuto à iure communi interpretationem capit.*
3 *Error per notarium commissus corrigi non potest, ex interuallo, nisi tamen per eundem de errore edoceatur.*
4 *Error per notarium corrigi potest, circa ea, quæ ad notarium pertinent exemplificatiuè vt ibi.*
5 *Notarij error, quidquam scriptum non vitiat.*
6 *Oratio truncata per verbum suppletorium à notario adiunctum sustinetur.*

7 Erroris

7 *Erroris correctio quomodo notario (habita terminorum differentia) permittatur.*

8 *Iudex constito sibi legitimè de notarij errore manifesto, notarium ad conficiendum instrumentum cogere potest.*

9 *Notarij persona, & seu qualitas, respicitur circa omissionem eorum, de quibus notoria, & verisimilis scientia haberi potest.*

10 *Indictio errata, non vitiat instrumentum licet omissa secus consideretur.*

11 *Error per notarium corrigi potest ante cop. parti tradditam, non autem post.*

12 *Instrumentum apud notarium resfidens, dicitur notarij quoad proprietatem, sed partium, quoad vtilitatem, & parti redditum ipsius dicitur esse, cui traditio illius facta fuit.*

13 *Instrumentum authenticum partiq; traditum, corrigi non potest etiam authoritate iudicis, nisi prius per testes adhibita veritate.*

14 *Notarius tradita parti instrumenti copia, non potest illud corrigere, nisi vt supra cum offitio suo functus dicatur.*

15 *Notario asserenti se recordari de die, & similibus credendum est.*

16 *Notarius quare non possit corrigere errorem circa ea quæ pertinent ad partes.*

17 *Notarius errore potius, quam dolo, quidquam committere præsumitur.*
Quod tamen intelligitur, vbi de dolo non constet, &
Quoties ignorantia tollerabilis sit.

18 *Error potius, quam dolus consideratur in notario præcipuè, quando digna reputatur persona.*

19 *Dolus regulariter non præsumitur vbi error concurrit.*

20 *Error quomodo probetur.*

21 *Erroris per notarium defunctum commissi correctio quomodo fieri debeat, remissiuè deducitur.*

22 *Notarij dicentes se rogatos de appellatione, vel sententia ante illorum extensionem valde aberrant.*

SEd cùm notariorum errores, vel nimia festinatione, animiuè facilitate dubitandi quandoq; circa illorũ scripturas, causam non mediocrem præstent, & vt multo-
1 ties per illorum † imperitiam mundus destruatur auctoritate Bal. in cons. 6. incip. viso testamento libr. 4. quem allegat Bertazol. de claus. instr. in proœm. Idcirco huiuscemodi inconuenientibus prouidere intendens, fæliciss. recordat. Excellentiss. quond. Galeaz Vicecomes Mediolani Dux inter statuta ciuilia Papiæ per eum confirmata, ordinauit prout infrascriptorum essentia denotat scilicet.

Item cum sæpe contingat nimia festinatione, & modica prouisione, vel simplicitate, vel animi

animi facilitate notarios in instrumentis, quę traduntur, vel scriptnris quas faciunt, errores varios committere, propter quod inter notarios, contrahentes, vel ipsos, quos concernunt scripturæ, vel inrumenta sæpius uariæ oriuntur quæstiones pro ipsis quæstionibus tollendis, & sedandis statuimus, & ordinamus, quod Consules Collegii notariorum Ciuitatis Papiæ, vel maior pars ipsorum cum aduocatis Collegii notariorum Ciuitatis Papiæ habeant iurisdictionem potestatem, & bayliam, deffiniendi, deciden di, & terminandi dictas quęstiones, quæ de cætero contin gent occasione prædictorum errorum, & etiam declarandi, quod per notarios tales, er rãtes fiendum sit; summariè, & de plano, sine strepitu, & figura inditii, & sola veritate inspecta; vna cum inde sequentibus.

Quo circa ad intelligentiam prædicti statuti, necessariò considerandum est, quomodo correctio erroris notarij fieri debeat nam etsi statutum prædictum facultatem cognoscendi, & decedendi circa huiusmodi errores tribuat, non tamen regulã; & seu modum decidendi pro-
2 ponit, ita vt tamquam casus † à statuto omissus à iure communi recipiat intellectum, l. si extraneus ff. de cõdict. ob. cau. & l. si cum dotem ff. solut. mat. quomodo verò de iure cõmunis erroris corrigendi cognitio procedat id necessariò prætereundum non esse existimò.

Et distinctim procedendo, videre est necessarium, quomodo, scilicet error, à notario viuente emendari possit, quid deinde circa commissum errorem per notarium iam defunctum opere pretium enucleandũ du xi. Imitatiuè namq; Decium sequens in l. si librarius ff. de re gul. iur. vbi ad vnguem circa huiuscemodi articulum tetigit, maximaq; compilatus est hunc in modum deduco scili-
3 cet, Aut notarij error † respicit partes, seu partium læsionem, & tunc ex interuallo correctio notario prohibetur, nisi per eundem de errore edoceatur, vt tenet Bar. d. l. si librarius sub num. 8. Incontinenti vero vtiq; potest, vt sentiunt Bart. & Angel.

gel.dicta l.Imperator ff.de stat. hom. & Bald.in rubr.C. de fid.
4 instr.si verò † correctio non respicit partis læsionem,sed tantum ea quæ ad sui pertinent officium , veluti quoties errauerit in latinitate , falsaq; grammatica vsus fuerit , & tunc errorè suũ corrigere posse nulli est dubiũ Bal. in l.cum proponeretur vers. vlt. quæro .ff. de leg. 2.quoniam,vt inquit Dec. d.l.si librarius sub num.5.talis emendatio neminem ledit per l. actorum verba .ff. de re iud.
5 regulariter namq; † notarij error quidquam scriptum nõ vitiat l.errore,vbi Bald.& Doct. C.de testam.l. fin. C. de fideicom. & l. iubemus , allegato tit. C.de testamen. quinimo Dec. sæpius citato loco,subordinatè adducit, notarium ora-
6 tionem † truncatam per verbum subauditum supplere posse per Angel.& Bald.in d.l.errore.

Altera accommodari potest distinctio, & sicuti in præcedenti Cap. circa extensionem deductum fuit,sic pariter cõgruè erit dicendum,scilicet Aut er-
7 ror afficit † partes in principaliter substantialibus , ad mentemq; contrahentium, siue disponentium directò tendentibus , & tunc fieri debet distinctio prædicta scilicet,vt in continenti,non ex interuallo,errorem commissum notarius corrigere possit auctoritatibus eò loci recensitis:si verò error respectu solemnium, claudicatũ reddat instrumentum,eo siquidem casu subdistinguas scilicet,aut solemnitas ipsa,ad põpam tantũmodò tendit, & tũc errorem suum corrigere non prohibetur,quãdoquidem nullum partibus afferratur detrimentum: aut error solemnitatem ipsius instrumenti substãtificam respicit, tunc ea subdistinctio succedit hoc pacto. Aut ea quæ prætermittuntur necessariò, & sic substantificè interuenire debent,& eo casu erroris correctio minimè conceditur,nisi per notarium errore ipso probato,vt dicit Angel.d. l.Imperator , cum auctoritate
8 tamen iudicis,qui † sibi constitò per testes , vel aliter de manifesto errore , notarium ad talem emendationem cogere potest Bald.tit.de pac. Constant. in verbo pacta vers. sed quid si opponantur solemnitates , & idem Bald.in l. 2. C. de fideicom. libert. quoties verò non prætermittãtur , sed alterationis passionem retineant,& tũc distinguendo dicendum est,ꝙ aut versamur circa ea,quæ cõ-

muniter

muniter ab omnibus scientiã præseferunt veluti annus mensis,& similia, & quorum notarius ignarus non esse præsumitur,& eo casu,an correctio ad-
9 mittenda sit, in hoc personæ † qualitatem intuendam putarem, quia si suspecta' persona esset notarius, potius ex malitia,quàm per errorem id egisse præsumendum esset ex allegata l. si quis ex argentarijs §. 1 ff.de ęden. Tu tamen cogita. Si verò error inducitur circa ea,quę non omnes facile sciũt, vtputa circa indictionem,quæ
10 † licet in instrumẽto apposita sit in eaq, erratum fuerit,tunc correctionẽ concedi dicit Bar. d.l.si librarius sub nu. 6. auctoritate Dyn. adducentis, quod licet indictio omissa contractũ vitiet,non tamen posita, & errata instumẽtum annullat per l.quoties ff.de hæred.institu.& sic habes distinctionem, scilicet, quod aut fit error in omittendo substantialia, & tunc nõ potest notarius suum corrigere errorẽ, nisi id incontinenti fieret vtsupra,& limitatiuè,vt mox dicemus, aut error fit in ponendo, & tunc dic vtsupra. Aduertas tamen,quod antequam copiæ instrumenti traditio par
11 ti fiat, poterit † notarius corrigere errorem suum sequendo formam superius traditam, vt tenet Bald. in d. rubr. C. de fid.inst.& Bart.d.l.Imperator, vbi autem notarius post instrumenti copiam parti ęditam errorem corrigere vellet id nequaquam,sibi concessum videtur, nisi probato errore, & de iudicis cõsensu, vtsupra sic indistinctè tenent Bart. in l. ambiguitates in fin.C. de testam. & Angel.in cons. 292.cæteriq, per Decium allegati d.l.si librarius sub num.7.in fin. nam do
12 nec † instrumentum apud notarium resident,dicitur notarij quo ad proprietatem, sed partium,quo ad vtilitatem, redditum verò parti, dicitur partis cui redditum est Bald. in l. 2. C.de condict.ex lege, quia eo
13 casu† tale instrumẽtũ in publicam formam redactum, nisi p testes veritatẽ adhibita, auctoritate pariter iudicis interueniente corrigi non potest. Sic sensit Alex.in cons.165. lib. 2. Bald.in addit.ad Spec. in vers. rogitus d.tit. de instr.ædit.vide Bar.in l.de tabulis ff.de tab.
14 exiben. quandoquidem tunc† offitio suo funct⁹ dicatur Bart. in l.fin.col.penult.de fid. instr. & quod eo casu additio, diminutioue prohibita sint tenet Alba in cons.139.nu. 14.sicq; cõcludendo tibi do distinctionem

nem primo loco allegatam, qđ scilicet, aut error respicitur circa personam, & officium notarij, vtputa, quia errauerit in die, & similibus, quia tunc similis error, per notarium solùm
15 verificari potest, quoniam † eo casu sibi dicenti recordari de die, & similibus credendū esse asserit Bart. d. l. si librarius, & Alex. in cons. 105. libr. 2. & circa hoc vid. Felyn. in cap. ad audientiam de præscript. si verò error contingat esse, in ijs quæ ad partes pertinēt, difficilis est
16 correctio, nam † vt Bart. eō loci significat, licet constet erratū fuisse, non tamen scit notarius, quæ nam apponere debeat.

Hoc tamen vnum propono, quod
17 notarius † errore potius, quàm dolo quidquam committere præsumitur, vbi tamē de dolo non constet Bald. in l. 2. C. de error. aduoc. Bart. in l. quotiēs §. sed si in corpore ff. de hæred. instituen. & quod intelligēdū est quoties tollerabilis sit ignorantia Bal. in l. penul. & ibi est casus notab. C. de his, quæ sibi
18 in test. ascribūt. Error † namq; potius, quàm dolus inesse pręsumitur, quando notarius digna reperitur persona isdem Bal. in l. 2. C. ad l. Corn. de fals.
19 neq; dolus † regulariter præsumitur, vbi error cōcurrit, isdē Bal. in l. etiam C. de furt. Idcir-
20 co, quomodo † error ipse probetur, vide Bart. in d. l. si librarius abundè, & exuberanter decidentem.
21 Quid verò † mortuo notario? & quomodo erroris per notariū defunctum commissi, correctio fieri debet? Hoc pariter cùm nec à statuto pręddicto decidatur, idcirco Consulorum ipsius Collegij, atq; illius Aduocatorum arbitrio, id per statutum ipsum relinquitur, & quomodo hoc in articulo agēdum sit, ipsemet tibi succurre ex Spec. d. §. ostenso vers. quid si abbreuiatura, & ibi glos. in verb. instrumentum per totū d. tit. de instr. ædit.

Et quamuis adsit aliud statutum in antiquis, & in Collegio vniuersitatis notariorum Papiæ sub nu. 84. in ordine positum, & sub rubr. de baylia cuiuslibet notarij imbreuiandi, &c. huiusmodi continēsę scilicet.

Item, vt litigantes de cætero læsionem aliquam non patiātur statuerunt, & ordinauerūt, quod si de cætero aliquis fieri fecerit coram aliquo magistratu aliquam appellationem, contradictionem, vel præsentationem, seu aliquam

T *aliam*

aliam scripturam, quod notarius ille, qui de tali contradictione, appellatione, vel scriptura scripserit diem, & testes, & substantiam facti de tali contradictione, presetatione, vel scriptura possit, et valeat eam quandocunquè extendere, & complere ad suã conscientiã, & eam explicare in publicam formam.

Nihilominus, & si conscientiæ notariorũ id committatur tutius
22 tamen agendo, consulo† notarios, vt ob id de eorum tali cõscientia cõfisi, ante rogitũ, vel illico, & ex modico interuallo talia extendant instrumenta, & idcirco notarios de appellatione, vel sententia se rogatos dicentes ante instrumentorũ huiusmodi extensionem errare adducit Bart. d. §. idem credendum sub num. mihi 4.

Prærogatiuam instrumenti maximam esse proponitur cuius ideò energiam, multipliciter, ipse demonstrat Author. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 *INstrumento in dubio standum est præsertim antiquo, vbi tamen, non sit falsum, vel suspicione falsi laboret, & vbi contrarium non appareat.*
2 *Instrumentum, ad hoc, vt improbari possit, quæ nam remissiuè requirantur.*
3 *Instrumentum in solemni forma confectum operatur, vt pro eo iudicandum sit.*
4 *Instrumentum, publicum, præsumptionem pro notario inducit.*
5 *Instrumentum, notorium, in se continere dicitur.*
6 *Instrumento, circa ea, quæ in tempore consistunt magis, quàm testibus standũ est.*
7 *Instrumento antiquo credendum est, dato etiam, quod litterarum comparatio fieri non poßet, & quod idem consideratur in instrumento moderno.*
8 *Dotis quietatio per instrumentum facta, dotem datam præcedentem denotat.*
9 *Instrumentum quietationis liberationem iam factam probat.*
10 *Instrumentum pacis inimicitiam præcessisse demonstrat.*
11 *Institutio beneficij facta ab Episcopo per instrumentum, præsentationem à patrono factam fuisse repræsentat.*
12 *Communis opinio per instrumenta antiqua verificatur.*
13 *Confines, & dominia antiqua, per instrumenta dilucidantur.*
14 *Instrumentum inter extraneos, inducit semiplenam probationem, ita vt deferri possit iuramentum suppletorium in defectum probationum.*

15 Instru-

15 *Instrumentum qualiter inter tertios probet.*
16 *Instrumentum, obscuram litteram, vel intellectù difficilem continens, probationem inducit, vbi tamen antiquum sit.*
17 *Instrumentum, quod aliquo pacto intelligi non potest, ita vt aliquis sensus ex eo erui non valeat, nihil operatur:*
18 *Instrumentum antiquum, ratione intellectus litteræ, arbitrio iudicis relinquitur.*
19 *Instrumento standum est, vbi testes de gestis obliuisci deponant.*
20 *Instrumentum contra producentem probat, vbi per iudicem de falsitate redargutum non sit.*
21 *Instrumentum, producens non nocet producenti quoties de illius cōmissione scriptum non est.*
22 *Instrumentum venditionis, contra tertium Publiciana actione agentem, titulum probat.*
23 *Instrumentum sic operatur, vt quoties cum causa factum sit omnia in eo acta solemniter præsumantur.*
24 *Credita per instrumentum alicui assignata, in eo debitorum nomina obligata censentur, quod idem in legato consideratur.*
25 *Instrumentum dotis præsumptiuè matrimonium probat.*
26 *Instrumentum quidquid in se scriptum continet, id omne de voluntate, & commissione rogantium scriptum censetur.*
27 *Instrumenti præsumptio adeò efficax est, vt onus contrarium probandi in aduersantem transferatur.*
28 *Vbi tamen rasum non sit, vel à persona suspecta productum.*
29 *Instrumentum de nocte confectum, licet dicatur in eo, tali die celebratum fuisse, valere nihilominus deducitur.*
30 *Horam noctis celebrati instrumenti apponere expedit, præcipuè quando ex statuto, certus dierum numerus ad concordiam fiendam requiritur.*
31 *Excommunicati instrumentum valet, vbi contra eum non sit lata excommunicationis sententia.*
Quod fallit pariter, quoties publicam passus fuerit excommunicationem.
Item vbi aliàs in excommunicatione per annum steterit.
32 *Instrumentum in iuditio allegatum, purum, nō autem conditionale præsumitur.*
33 *Priuati instrumentum, Fisci instrumento eadem die confecto, præsumptiuè anteponendum est.*
34 *Manifesta res ex instrumento deducitur.*
35 *Probationis nomen, instrumentum meretur.*
36 *Probatam in se probationem instrumentum habere dicitur.*
37 *Instrumentum, casui à lege deciso æquiparatur.*
38 *Dominium ex diuisionis instrumento, inter diuidentes, & ab eis causam habentes probatur:*
39 *Executionem paratam ex forma statuti retinens instrumentum, nedum id in expressis, verum etiam in tacitis procedere intelligitur.*
40 *Fides perpetua ijs constituitur, quæ ex instrumento robur desumunt.*

41 *Instrumentum vim diffinitionis habet.*
42 *Instrumentum robur sic firmum retinet, vt quasi noli me tangere proponat.*
43 *Verba sponte, &c. in instrumento apposita, numquid probato de metu, ob id instrumentum illud de falso redarguatur.*
44 *Instrumentum rasum penes debitorem residens, an contra eundem debitorem probet.*
45 *Communis loquendi vsus circa instrumenta attendi solet.*
46 *Instrumentum, illud propriè dicitur, quod per manũ publici notarij confectum est.*
47 *Scripturæ priuatæ primo aspectu credendum non est, nisi qualitates à iure communi requisitæ concurrant.*

O. AD secundum accelleremus p nos propositum principaliter assumptum, & quomodo notarij instrumento ipsiusq; efficaciç, & in propinquis, & in longinquis partibus, & seu regionibus detur fides breuiter intueamur.

Hanc quæstionem succintè, salubriter, & punctualiter tetigit Spec. in §. restat videre, quibus instrumentis fides adhibeatur, & quanta tit. de instr. æditione quapropter efficaciam instrumenti, per notarium confecti, præferendam. eius deinde fidẽ dilucidandam proposui.

Prima namq; instrumenti est effi-
1 cacia, vt in dubio semper † pro eo sit præsumendum, & præsertim, quando instrumentum antiquum reperitur, vbi tamẽ illud falsum non sit, vel falsi suspicione nõ laboret, c. îter dilectos, de fid. instr. quodq. limitatur non procedere quoties manifesta veritas per testes, vel aliter, in contrarium apparere posset, vt traddit Socin. Iun. conf. 189. nu. 62. vol. 2. & quæ
2 nam † requirantur circa Instrumenti improbationem, vide Pract. Papien. in for. libel. act. real. in verbo exhibens, & pro-
3 ducens col. 1. & quod † instrumento standum sit, & pro eo, tamquam vero, (vbi tamen in solemni forma existat) iudicãdũm sit, voluit Tiraquel. de retract. lignag. §. 4. glos. 1. nu. 10. Cagn. l. 2. C. de pact. int. empt.
4 & vend. Quinimo † instrumenti publica forma, pro notario præsumptionẽ inducit Afflict. decis. 251. num. 2. quæ omnia confirmationem reportant, tũ ex Alb. in conf. 99. num. 1. tùm ex Vincen. Annibaldo in commentarijs ad ipsum cons. optimè congestis. Adeoq; efficax
5 instrumentum dicitur esse vt † notorium inducat, sic nobis ostẽdit Magon. decis. 47. nu. 19

6 Se-

6 Secunda est, vt circa † ea, quæ consistunt in tempore, instrumento potius, quàm testibus sit credendum Bald. in l. optimam C. de contrahen. & committen. stipulat.

7 Tertia est, vt instrumentum † antiquitus confectum, credentiam præseferat Innoc. in c. veniens de verb. signific. Paul. de Castr. in cons. 48. quod tamen antiquum intelligas esse, vbi supra centum annos factum videatur Innoc. loco supra citato, & quod pariter procedere, vbi comparatio litterarum fieri non possit, apertè dixit Bal. in l. comparationes col. 4. in fi. C. de fid. instru. quodq; eadem consideratio, in instrumento minime antiquo sit adhibẽda, traddit Innoc. in c. 1. eodẽ tit.

8 Quarta est, vt quietatio † dotis per instrumentum facta, dotem datam præcedentem denotet glos. & Doct. in l. exigere, in verbo, dotale ff. de iudit.

9 sicuti pariter † instrumentum quietationis; quod & si quem nõ liberet, liberationem tamẽ iam factam probat Paul. de

10 Castr. in cons. 1. proutq; sic † præcedens inimicitia, per instrumentum pacis verificatur Bald. in l. 2. C. de confess. & idẽ

11 videtur dicendum de † institutione beneficij facta ab Episcopo per instrumentum, quo casu presentationem à patrono fuisse factam, tale probat instrumentum Rot. decis. 427 in nou.

12 Quinta est, vt communis † opinio per antiqua instrumenta probetur Bald. in l. cum ali-

13 quis C. de iure delib. Item † cõfines atq; dominia antiqua per ea verificantur Bart. in l. prædijs §. fin. ff. de leg. 2. cap. cum causam de cens. & in c. cũ olim de offit. delegat. Bald. in l. census C. de probat. Doct. & præsertim Bald. post glos. in vers. nullo col. 1. vers. quarto nota, & ibi Paul. de Castr. necnõ, & Alex. in d. l. cum aliquis C. de iure delib.

14 Sexta est, vt inter † extraneas p̃sonas, scilicet inter quas principaliter instrumentum celebratum nõ est, semiplenam inducat probationem Bart. in l. admonendi ff. de iureiur. quo casu ex iuris præsumptione ad inducendam plenariam probationem, iuramentum in supplementum probationis dari affirmat Bart. eo loci, atq; sic pariter tenet Paul. de Castr. in cõs.

15 82. & quomodo † probet inter tertios, vide Alb. in cons. 276.

16 Septima est, vt instrumentũ † litteram obscuram, vel difficilem

lem ad intelligendum continens probationē inducat, Bal. in l. 1. C. de fid. instr. per c. cum dilectus eodē tit. quod tamen intelligi debet de instrumento antiquo, de quo, vel per antiquitatem temporis, vel aliter non possit haberi totalis dispo-
17 sitio, nam aliàs † nisi legibili littera scriptum sit nil operari significat nobis Bal. d. l. 1. C. de fid. instr. secus autem, vbi aliquid ex eo erui possit, vt taliter qualiter discernatur intentio, & seu dispositio contenti in instrumento Bald. in auth. quod
18 fine C. de testam. & hoc † iudici arbitrarium dicerem esse secundum Spec. in § restat videre num. 1. d. tit. de instr. ædit.

Octaua est, vt testes adducentes
19 † se non recordari de gestis in instrumento, plena instrumento eo casu adhibeatur fides, sic Paul. de Castro in cons. 105.

20 Nona est, vt † cōtra, illud producentem habeat vim probationis, vbi tamen per iudicem de falsitate redargutum non sit, vt voluerunt Innoc. & Host. in c. fin. de fid. instr. Bald. in additione ad Spec. in vers. productio instrumenti d. tit. de instr. ædit. & Spec. in §. 10. vers. & nota, & vers. quod si induxi tit. de teste, & quod contra producentem interpretetur voluerūt Angel. in l. veteribus ff. de pact. & Alex. in cons. 6. in fin. lib. 4. & hoc verū est quoties instrumentum de commissione producētis scriptum est, quia aliàs
21 producenti † non nocet Bald. in l. si ministerium C. de liber. cau.

22 Decima est, vt instrumentū † venditionis, titulum cōtra tertium Publiciana actione agentem probet Bald. in rubr. C. de fid. instrum. sicq; sensit Alb. in cons. 114. num. 13.

Vndecima est, vt instrumentum
23 † cùm causa factum, sic probat vt omnia solēniter, in illo acta præsumantur, Bald. l. 1. C. de dot. promiss.

24 Duodecima est, vt credita † alicui per instrumentum assignata, in eo debitorum nomina obligata censeantur l. 2. vbi Doct. & præcipuè Bart. C. quæ res pign. oblig. poss. l. Gaius ff. de leg. 2. & idem in legato consideratur, Bar. in l. qui chirographum ff. de leg. 3. & Bal. in l. nunc si hæres C. de litig.

25 Decimatertia est, † vt dotis instrumentū, præsumptiuè matrimonium probet Bald. in l. iurisgentium §. quod ferè ff. de pact. vide Lud. Rom. in singul. obseruatione 451. & quomodo matrimonium per instrumentum dotis probetur vide ibid.

in

in additio. vbi quamplurima ad instrumenti robur tendentia allegat.

26 Decimaquarta est, vt † quidquid in instrumento scriptum reperitur, id de voluntate, & commissione rogantium scriptum censeatur Alb. in cons. 159. num. 10. & 11.

Decimaquinta est, quod in eo sic
27 † vrgens præsumptio resides per l. cum precibus C. de probat. & l. si post diuisionem C. de iur. & fact. ignorant. vt onus contrarium probandi in aduersarium transferat. Spec. §. 3.
28 tit. de probat. vbi tamen † rasũ non sit, vel à persona suspecta sit productum Bar. in l. 1. C. de iuram. calum. atq; Innoc. in c. 1. de fid. instr.

Decimasexta est, vt si in instru-
29 mento de nocte † confecto dicatur tali die, &c. non falsum dici instrumentum, quinimo valere indifferenter adducit Bal. in l. non minorem in princip. C. de transact. Innoc. in c. consuluit de offit. deleg. & Felyn. in cap. 1. d. tit. de fid. instr.
30 tutius † tamen est, vt notarius distinctim apponat, ita vt de nocte diei præcedẽtis, vel subsequentis apertè dignoscatur, propter statuta, quæ disponũt cõcordiam, intra certum dierum numerũ, fieri debere, vt proposuit Tiraquel. de retrac. § 1. glos. 11. num. 8. in fin.

31 Decimaseptima est, vt † excommunicati instrumentũ valeat dummodo aliàs cõtra eũ sententia excommunicationis lata non sit Innoc. in c. pia de except. Bald. in Marg. ver. instrumentum, vel aliàs, vbi publicè excommunicatus non sit Fæder de Sen. cons. 71. Bart. in auct. credentes. C. de hæret. & Bald. in rubr. C. qui accus. non poss. Alex. in l. lege Iul. ff. ad l. Iul. repetund. & vbi aliàs non steterit in excommunicatione per annum, quia tunc instrumenta conficere non potest Bart. d. auth. credentes, & Francis. de Aret. in l. seruus in fin. ff. de testam.

Decimaoctaua est, vt instrumen
32 tum † in iuditio allegatum, purum, non verò cõditionale præsumatur Bal. in l. ædita col. 37. C. de æden.

Decimanona est, vt instrumentũ
33 † cum priuato celebratum Fisco per aliud simile instrumentum eadem die confectum, de re eadem disceptante, potius in vtilitatem priuati, quàm Fisci cedere sit præsumendum, sic Bart. in l. non puto ff. de iur. Fisci, etiam in causa dotis Bal. in l ad exactionem C. de dot. promiss. & in l. dotis C. de iur. dot.

34 Vi-

Vigesima est, vt ex instrumento
34 † res manifesta adducatur Bar. in l. 1. in princ. ff. de oper. nou. nunt. & Alex. in l. si quis inficiatus ff. depos.

Vigesimaprima est, vt instrumen
35 tum † in eo cōtentorum, probationis nomē mereatur; Bart. in l. interest C de solut.

Vigesimasecunda est, vt instru-
36 mentum † probatam in se probationem habere dicatur Bor. Soc. in cons 89. col. 8 lib. 1.

Vigesimatertia est, vt ex instru-
37 mento † casus, perinde, ac si à lege decisus esset habeatur Bal. in cons. 294. in fi. lib. 1. Aymo. in cons. 31. in fin. & Paul. de Castr, in cons. 261. num. 1. lib. 2 quos sequitur, atq; recenset Magon. decis. 9. sub nu. 20. & 21. adde Bal. in cons. 215. col. 2. lib. 2.

Vigesimaqnarta est, vt per diui-
38 sionis † instrumentum, inter diuidentes, ac ab ijs causam habentes dominium probetur Socin. in cons. 46. lib. 3 & Afflict. decis. 14. num. 28.

39 Vigesimaquinta est, vt si † ex forma statuti, instrumentum habeat executionem paratā, illud nedum in expressis, sed & in tacitè comprehensis executionem præseferre adducit Alex. in l. iurisgentium §. ferè, in fin. ff. de pact. Fælyn. in cap. transmissa, de constitut. & ibi, communem hanc esse opinionem, refferēdo allegat Magon. decis. 3. sub num. 20.

Vigesimasexta est, vt per obser-
40 uationem † cōtentorum in instrumento, inter partes perpetua transeat fides Bal. in cons. 40. in fin. lib. 5.

Vigesimaseptima est, vt instru-
41 mentum † vim definitionis habere proponat Bald. in cons. 233. incip. super instrumento paulo post princip. lib. 1.

42 Vigesimaoctaua est, v t apud † se illam retineat præeminentiam, ne quisquam contra illi' cōtinentiam veniens, illum repellendo noli me tāgere quasi adducat Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. glo. 1. nu. 22. in fin.

Vigesimanona est, vt dato quod
43 instrumentum † cōtineret verba sponte, &c. nō ob id falsum dicitur, & si factum dolo, vel metu probatum fuerit Bald. col. 5. in rubr. C. de fid. instr.

Trigesima est, vt instrumentum
44 † rasum, etiā in parte substantiali, penes debitorem repertum, contra eundem debitorē probet, quia à debitore, non verò à creditore rasum præsumitur, & hoc singulare est dictū Bald. in l. 1. C. de fid. instr.

Aduertas tamen, quod ea quæ superius enunciata sunt, intelliguntur

guntur de instrumento confecto per notarium, & non aliter ne capiendo, scripturam priuatam, seu testes, aut alia, quæ appellatione instrumentorum
45 veniunt aberrares, cùm † ex communi vsu loquendi, qui attendi solet l. librorum §. quod tamen Cassius ff. de leg. 3. l. Labeo ff. de suppellect. leg. instru
46 mentum illud † propriè dicatur, quod per manum publici notarij est confectum sic Innoc. in c. 1. de probat. atq; Spec. in §. nūc dicendum restat, quæ sint species instrumentorū nu.
47 1. tit. de instr. ædit. quoniam † cæteris scripturis priuatis primo aspectu, nisi corroborationis medio credi non debet l. nō exemplo iuncta l. non epistolis C. de probat. & l. fin. C de conuenien. fisc. debit. & de quibus meminit Spec. proximò citato loco sub nu. 4.

Ad notarij legalitatem demonstrandam, præcipuè in forensibus, & seu longinquis partibus, litteras testimoniales sigillo publico munitas, esse necessarias significatur. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *INstrumentum, & si publicum sit, probationem in contrarium recipit.*
2 *Præsumptio sicuti aliam præsumptionem elidit, sic & probatio per alteram probationem tollitur.*
3 *Probatio contra inuentarium publicum non admittitur.*
4 *Testes contra instrumentum, in quo mulier fuit confessa se recepisse pecuniam pro intercessione, vt fideiuberet, non admittuntur.*
5 *Instrumentum manu publici notarij signatum, non rasum, nec cancellatum, ac nec suspectum, in ciuitate, & extra fidem facit.*
6 *Datò etiam, quod de longinquo sit productum.*
7 *Notarijs forensibus, & ignotis credendum non est, sicuti nec testibus ignotis, nisi tamen adsint litteræ testimoniales.*
8 *Legalitatem notarij negatam tenetur instrumentum producens probare.*
9 *Spec. opinio in §. restat de instr. ædit. declaratur.*
10 *Causa magna, famosa, vel parua (remissiuè) quæ nam dicatur.*
11 *Forma, circa fidem instrumentorum in longinquis partibus producendorum præparandam, ex Angel. consilio traditur.*
12 *Litteræ testimoniales quodnam sigillum continere debeant.*

13 *Litteræ testimoniales circa notarij legalitatem qualiter sint conficiendæ:*
14 *Litteris de longinquo productis;publicumq; sigillum continentibus, indubitata fides est adhibenda.*
15 *Litteris testimonialibus, nec quouis alio adminiculo ad fidem dilucidandam, instrumentum antiquum non eget.*

NEc pariter ea, simpliciter sic, & in concussè accipienda sunt, quin
1 etiam † contra instrumentum quantumcumq; sit publicum, probatio in contrarium admittatur l. precibus C. de probat. c. licet causam extr. eod. tit. & c. ad audientiam de præscript.
2 quia sicuti † præsumptio per præsumptionem tollitur l. Diuus ff. de in integr. restit. l. mater, vbi Bald. & Salyc. C. de calumn. & c. quia verisimile extra de præsumpt. ita & plena probatio per aliam probationem elidi potest Abb. & Dec. in c. post cessionem, de probat. Hoc tamen non procedere dupliciter dicit Spec. d. §. restat videre num. 4. d. tit. de instr. ædit.
3 scilicet, vbi ageretur † contra inuentarium publicum per l. fin. C. arbitr. tut. & vbi in instru
4 mento † mulier pecuniam pro intercessione, vt fideiuberet recepisse fuisset confessa ex l. antiquæ C. ad Vellei. quibus casibus, testes cõtra huiusmodi instrumenta admitti non posse eo loci significat. Semper tamen instrumento publico est standum donec contrarium apparere possit, atquè probetur Spec. §. 2. num. 3. tit. de appellat. l. si post diuisionẽ, vbi Bald. C. de iur. & fact. ignor. & idẽ Spec. vers. quid si in aliquo tit. de sindico, & in §. 7. vers. verũtamen tit. deposit.

De prædictis expeditus deuenio ad fidem instrumenti, quam in secunda parte iure merito reseruatam esse volo: hoc tamen euacuatum, scilicet quomodo instrumentum ex signo, & legalitatis sigillo, robur accipiens, eiusdem demonstret fidem, minimè prætereo.

Et ideò dicendum videtur, quod
5 † vbi instrumentum reperiatur in publicam formam, scilicet scriptum, & manu publici notarij signatum secundum Bal. in additione ad Spec. in verbo rogitus tit. de instr. ædit. & per Alex. in cons. 165. lib. 2. dummodoq; rasuram, vel cancellaturam, aut aliã suspicionẽ inducentia non retineat, vtiq; eid. instrumento, tàm in ciuitate, quàm extra credendum esse voluit Ioann. lign. in tract. de sent. excom. fol. mihi 9. vers. de

secundo

6 secundo dico, etiam † quod de longinquo sit productum l. 2. C. quemad. test. aper. Azo in summa C. de fid. instr. Salycet. post Cyn. & Bald. in l. comparationes C. eod. tit. Ludou. in singul. in verbo instrumentū vers. cum instrumentum, & ꝙ verum existimatur, vbi pars in illius productione præsens acquiescat, neq; contradicat, vt tenet Io. Andr. & Spec. d. §. restat videre tit. de instr. ædit. & vbi illud producens non sit suspecta persona secundū Azon. loco proximè recitato, si verò instrumentum de longinquo producatur parte præsente, & negante notarij legalitatem, quandoquidem notarijs igno-
7 tis, † & forensibus credendum non sit, sicuti, nec testibus igno tis ex c. 1. & ibi Innoc. de cler. peregr. nisi tamen adsint litteræ testimoniales de notariatu, vt per Bald. post Cyn. in d. l. cōparationes, & vt infra, quia eo
8 † casu producens probare tenetur Card. clemen. 1. quæst. 3. de procurat. multo magis contra absentem, illud producens notarij legalitatē probare de-
9 bet, non † obstante iuramento contra Spec. d. § restat sub nu. 6. in fin. quia si iuramētum nō admittitur ad probandam legalitatem parte præsente, multo minus parte absente, præcipuè, quādo agitur de magno absentis præiuditio, nam in ijs, quæ respiciunt modicum præiuditium, tunc dictum Spec. bene procedere existimo arg. l. legitimos ff. de legit. tut. & quā
10 do † magna, famosa, vel parua causa dicatur, vide Spec. ī vers. si autem ciuilis tit. de iur. delat. vnde notarij instrumento, donec in offitio legalis reperitur standum esse deduxit Bal. in l. iubemus C. de testam.

Porrò, quia aliquando expressè legalitas notarij negatur, seu de ea dubitatur: idcirco ad tollendas dubitationes, & pro mi
11 nori dispendio, regulam † atquè consilium tradit Angel. in Auth. de tabel. scilicet quoties cum forensi celebretur instrumentum, cautius pars agendo, contractum talem, per publicum tabellionem conficiendū curare debeat, cui subscriptio triū honestorum notariorum cum illorum signis adiecta sit, ad hoc, vt notarij principalis subscriptio negari non possit, quem sequitur Cœpol. cautel. 54. alias 88. incip. si qs habeat contrahere cum aliquo forēsi: cui addas Boer. quæst. 154. numer. 5.

Altera verò regula, & facilior est, vt litteræ testimoniales

12 adhibeantur non † per sigillum ignotum alicuius Terræ, velCastri, sed ciuitatis illi⁹, cui Terra, vel castrum subsit secundum Card.d. clement. 1.3.
13 quæst.de procurat.& quæ † literæ testimoniales ex publico confectæ fidem faciant scilicet, quod ille, qui tale conficit instrumentum, sit publicus atq; legalis notarius, vt asserūt Ioann.de Imol.c. 1.de fid.instr. Salycet.d.l.comparationes C. eod.Lanfran.in cap.quoniam contra vers. instrumenta col.4 de probat.& Paul.de Castr.in cons.204.quo casu instrumentum indubitatam mereri fidē adducit Cyn l. exigendi C. de procurat. & in l. si qua per calumniam C. de Episc. & cler. ibi Bal Io.de Imol. in c. si cau-
14 tio de fid.instr. & quod † litteris de longinquo productis, sigillum eorum, qui illud habent publicum continentibus sit credendum dicit Bald. in l. pacta nouissima C. de pact.
Hoc tamen vnum propono scilicet, vt instrumentum antiquū
15 per † aliquem in longinquis partibus exhibitum, & seu ꝓductum aliquo, nec litterarū testimonialium, nec quouis alio adminiculo, ad eius fidem dilucidandam egeat, vt sic senserit Salycet. sæpius allegata l.comparationes C.de fid.instr.

Notariatus offitium, adeò necessarium esse prædicatur, vt etiam sine ipso, ad perpetuam memoriam tendentia, expirarent. Cap. LVII.

T. TErtium in ordine assumptum, amplitudinem, atq; necessariam notariatus offitij existentiam respicit, & ideo.
Tale, & tantum dicitur, vt absq; eo, acta iuditialia proculdubio euanescerent.
Tale, & tantum, vt sine illius subsidio, contractus hominumq; commercia, vt plurimum claudicent.
Tale, & tantum, vt illius vigore ordo iuditiarius vitam semper retineat.
Tale, & tantum, vt veritas illius medio confirmetur.
Tale, & tantum, vt radicem, & veritatis comprobandæ fundamentum constituat.
Tale, & tantum, vt omnibus ratione publicè vtilitatis deseruiat.

Tale,

Tale, & tantum, vt per illius statum scriptura perpetuam memoriam, atq; fidem retineat.

Tale, & tantum, vt illud exercentibus lucra summosq; honores polliceatur, & deniq;

Tale, & tantum, vt omnibus perutile, atq; necessariũ esse apertè sese demonstret.

Hęc omnia verificata habes tùm ex d. cap. 19. Zoder. Zamoren. in cap. 39. superius apposito, tùm ex alijs p me separatim probabiliter constitutis, quib. ad libitum te remitto.

Scripturam publicam, priuatæ præualere, hanc autem vltimo loco emissam, nullam fidem, nisi coadiuuatam mereri, inconcusse edocetur. Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata ad hoc, vt executionem mereatur, quænam desideret:*
2 *Scriptura à partibus recognita, plenam in se continet fidem, & eo casu.*
3 *Pro publica habetur.*
4 *Scriptura priuata à parte negata, quomodo verificari debet.*
5 *Testes, qui scripturæ interfuerunt, nec subscripti reperiantur, ad verificationem ipsius scripturæ qualiter deponere debeant.*
6 *Scriptura priuata à partibus solùm subscripta, & producta quandam præsumptionem affert.*
7 *Scriptura priuata, manum ignotam continens, nullam facit fidem.*
8 *Necessaria, quæ nam sint pro verificatione scripturæ priuatæ, remissiuè.*
9 *Scriptura, quæ per publicam manum est confecta, mortuis etiam testibus probat.*
10 *Scriptura, per manum testatoris facta, & à testibus subscripta, etiam vno ex testibus subscriptis mortuo, fidem aliquam non facit.*
11 *Scripturæ priuatæ, & trino teste munitæ, nisi recognita sit, standum non est.*
12 *Scripturæ notarij solius contra dicta testium creditur, quod tamen non procedit.*
13 *Quoties contrarium dilucidè apparere posset:*
14 *Notarius ratione publicæ personæ pro se præsumptionem habet.*
15 *Scriptura priuata nullam facit fidem, imo nec præsumptionem inducit.*
16 *Scripturis priuatis, vt adhibeatur fides, nec de partium voluntate fieri potest.*
17 *Scriptura qualibet fidem facit, cui de iure, vel de consuetudine fides est adhibenda.*

18 In-

18 *Instrumenta per notarium confecta, de iure statutario Papien. & ex for. N. C. Mediolani paratam habent executionem.*

19 *Instrumenta de iure communi, & si authentica executione parata carent.*

A. QVartũ in ordine subsequens adductum, apertam cõtinet veritatem, scriptura siquidem priuata fidẽ primo aspectu sic ꝓbabilem sicuti publica non demonstrat. Hoc clarum est, qa
1 ad hoc, vt scriptura † priuata executionem mereatur, necesse est, vt illius per partes, debita fiat recognitio, qua secuta nulli dubium est, quin eo casu executiua dicatur ad traddita per Doct. in l. scripturas, & ibi Bar. C. qui pot. in pign. hab. &
2 tũc in † se plenã cõtinere fidem tradit text. in l. Publia Mæ uia
3 in fin. ff. depos. quo casu † confessata pro publica habetur Bal. in l. alia in 2. col. vers. sed pone quod quis confitetur C. de his quibus, vt indign. per auth. ad hoc C. de fid. instr.
4 Si verò à † parte negatur, tũc id per testes subscriptos, coadiuuante litterarum comparatione verificari oportet §. si qs igitur auth. de instr. caut. & fid. auth. si quis vult cautè C. allegato tit. qui pot. in pign. hab.
5 Vbi autem † testium subscriptione careat ipsa scriptura, sed testes tali scripturæ interfuerint, eo casu verificari potest per testes, de visu deponẽtes l. 1. ff. de his, quæ in test. del. Bal. in l. fin. 1. col. vers. quæro numquid C. de re iud. vide Alex. in cons. 180. lib. 2. & in cõs. 61. lib. 4.
6 Vnde si solummodo † à partibus subscripta reperitur, eo casu, vbi per partem confiteatur probat vt supra, sin verò inducere semiplenam probationẽ traddit Bart. in d. l. scripturas in fin. qui sibi contrari us, eo casu non semiplenam probationem, sed quandam præsumptionem demonstrare allegat in d. l. admonendi ff. de iur. iur.
7 Vbi verò scriptura † priuata, manum alicuius ignotam cõtineat, nullam tũc eidem adhiberi fidem ostendit Philipp. Corn. in cons. 19. incip. videtur in littera L. lib. 2.

Alia siquidem quamplurima ad executionis robur obtinendũ requiruntur in scriptura priua
8 ta, & ad cuius † verificationem, quæ, & quando necessariò interuenire debeant, vide Bart. Ias. & cæteros Doct. supra allegatos, allegata l. admonendi

Spec.

Spec.in d.§. nunc videndū restat de instr. ædit. Boer. quæst. 295.& Alb.in cons.229.741. & 737. quibusq; instrumentū publicum minimè eget. Nam
9 scriptura † quæ manu publica conficitur, quæ tamen vitiata nō sit, etiā mortuis testib.probat Innoc.in cap.2.1.col.in gl. in verbo publica, de fid.instr. Bald.in Margar.in verbo scriptura vers. 3. secus est in scri-
10 ptura † priuata manu testatoris facta, & à testibus subscripta, quia etiam mortuo vno ex testibus subscriptis fidem aliquam non facit, vt notatur ex cap.2.vbi glos.in verbo authēticè,& in cap. inter dilectos de fid.instr.sicq; Cæpol.caut.173. Idcirco requiritur, à iure probatio multis in casibus per instrumentum, quæ aliàs non requiritur per scripturam priuatam Tiraq. de retract. lignag. §.2.num.16.

Nec obstat si diceretur, quod cædula priuata, quæ tamen trino teste sit munita, vim publicè scripturæ in se contineat ex vers.ad glos.fin.d.l. scripturas scilicet.

Cautio priuata trino teste notata,
Hoc ius est nacta, quod cautio publicè facta.

Et vt adducit Spec. d. §. nunc videndum restat.

11 Quia respondetur eo † casu nullam ob id mereri executionem, nisi prius, debita recognitione, verificatione, seu approbatione secuta, vt tenet Boer. d.quæst.295. num. 14.

Secus autem consideratur, in scriptura solius notarij quando-
12 quidem † ipsi scripturæ contra dicta testium credatur absquè adminiculo testium, & magis quàm testi, licet pars tenorem contractus neget, sic tenet idē Innoc.in ca. ad audientiam de præscript.Cyn.in l.si quis C.ad l.Corn.de fals.Bald.in Margarita, in verbo credulitas vers.
13 3. quod † tamen procedere, vbi scilicet contrariū non probetur, memorati Doct.sentiūt.

Et quod per me adductum verū sit demonstro, nam cum nota-
14 rius ratione † publicę personę pro se pręsumptionem habeat per Spec. vers. quid si ergo tit. de teste,& in §.4. post princip. tit.de citatione, iure merito notarij scriptura priuati cædulæ præferenda est, tum de iure, tū de consuetudine, quandoquidem de iure à fortiori scriptu-
15 ra † priuata nullam faciat fidē, ac nec præsumptionem indu-
16 cat, ita vt nec † de partium voluntate scripturis priuatis fidē esse adhibendam firmari possit, vt tenet D.Menoch.cons.1. num.

nu. 326. 327. & 328. post Crauet. in tract. de antiquit. tempor. part. 1. nu. 100. vers. quid in factis antiquis; Socin. Sen. in cons. 33. nu. 5. vol. 1. Socin. Iun. cons. 54. num. 5. lib. 2. quos omnes refert d. Annibal. ad cōsilium Albæ 560. in littera B. & quādo scriptura priuata ꝓbet, & quæ nam ad illius verā fidem inducendam requirantur ibid. adduxit Socin. Sen. in cons. 274. num. 5. & seq. vol. 2. Rolan. à Val. in cons. 2. num. 138. & 139. lib. 1. & eund. Rolan. in cons 84. lib. 3.

Secundum verò demonstratur,
17 quoniam omnis † scriptura fidem facit, cui de iure, vel de consuetudine fides adhibenda sit Innoc. in c. 1. de fid. instr. c. cum dilectus eodem tit. Spec. d. §. nunc dicendum restat de instr. ædit. de consuetudine ve
18 rò † præcipuè in hoc foro Papiensi, publica illa dicitur scriptura, quę per manum publicę personæ, & sic notarij conficitur, vt iā supra dictum fuit auctoritate Innoc. in d. cap. 1. de probat. Ideo mirum esse non debet, si magis notarij instrumento, quàm per priuatā personam confecto stari debeat, quo fit, vt ad maiorem negotij dilucidationem, & ad tollendas, quascūq; hæsitationes declaratum fuerit, instrumentū manu publici notarij cōfectū, paratam habere executionem tum ex stat. Papię inter ciuilia sub num. 6. in ordine posito, tū ex N. C. Mediolani in §. si per apparentem tit. de iudit. & si de
19 iure † communi instrumentū quantumcumq; authenticum executionem paratam non habeat, text. est apertus in l. minor 25. annis, cui fideicommissum, vbi Bartol. & Angel. ff. de min. & idem dicunt Alex. & Paul. de Castr. in l. ait pretor §. si iudex ff. de re iud.

Probatio per testium productionem facta, an maior dicatur, illa quæ per instrumenti exhibitionem fieri contingat. Cap. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Probatio facta per instrumentum promptior dicitur illa, quæ per testes, fieri debet.*

2 *Statu-*

2 *Statutum prohibens, & reijciens quamcumq; probationem ea exceptuata, quæ fit per instrumentum, valet.*

3 *Possessio duobus æqualiter per testes probata, illi danda est, qui titulum ex instrumento producit.*

4 *Instrumenti robur palàm proponitur.*

R. QVintum adductum, reassumptionis est dignum, & ideo veraciter dictum fuit, instrumentum falcem ad radicem apponere, quoniam veritas, in iuditijs dilucidanda, altiorem instrumento requirit indaginẽ,
1 neq; sic † prompta, & efficax dicitur probatio, quæ fit per testes, sicuti quãdo illa per instrumentum verificatur, Guido Pap. decis. delph. 582. vers. sed quæ sunt illa, & ideò statu-
2 tum † reijciens quamcumquè probationem ea exceptuata, quæ per instrumentũ fieri cõtingat, valere attestantur Bar. Bald. Socin. & cæteri Doct. in l. certi condictio §. quoniam ff. si cert. pet. quos & quamplurimos alios sic sentientes sequitur Tiraquel. d. retract. lignag. d. §. 2 num. 16. glos. 1. & quod verum sit id apertum habem⁹
3 ex casu, vt scilicet † duob. contendentibus de æquali possessione per testes probata, illum qui titulum ex instrumẽto habet, alteri tit. carenti præferendum esse patefacit text. in cap. licet causam de probat. & ibi Doct. omnes, Barbat. in cons. 90. vers. secundo assumo lib. 4. Bald. in l qui accusare in fin. de ęden. quos sequitur Boer quęs. 239. num. 4. circa medium.

Et vt ad finalem huius cap. corroborationem deueniamus, prætermissis innumeris ferè instrumentorũ pręrogatiuis hoc solùm cum Tiraq. loco supra proximè allegato, deduco sci-
4 licet † nobis petentibus, an instrumentum, perfectã probationem, præsentem, realem, probatam, euidentem, euidentissimam, manifestam, manifestissimam, liquidam, patentem, certam, indubitatam, & notoriam, in se contineat, affirmatiuè, sic acquiescamus, auctoritatibus per eum ibidẽ sub nu. 20. 21 & 22. excitatis.

Iurisdictionem notario annexam esse, quando intelligatur, successiuoq; ordine Guarentigiæ vires, illiusq; infirmitates patefiunt. Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 Notarius statim creatus, iudex ordinarius fieri dicitur, vbi tamen creationem à Summo Pontificè, Imperatore, vel à Com. Palat. recipiat, & infra num. 4.

2 Notarius ex vi tabellionatus, & ex Bal. sententia nullam iurisdictionem habere dicitur.

3 Notarij ex Innoc. opin. de iur. communi iudices dicuntur, habentq; voluntariam iurisdictionem, cuius guarentigiam percipiunt.

4 Notarij tunc demum iurisdictionem habere dicuntur, quando à Summo Pontificè, vel ab Imperat. & seu à Comit. Palatin ac alijs non recognoscentibus superiorem, creantur.

5 Notarij ab habentibus supremam potestatem creati, præceptum in confessum sicuti iudex facere possunt.

6 Notarius, nisi sit matriculatus Guarentigiam conficere non potest.

7 Guarentigia, quid sit.

8 Guarentigia, quæ dicatur, remissiuè.

9 Guarentigia, quare dicatur, remissiuè.

10 Guarentigia vim confessionis habet.

11 Guarentigiata confessio, eandem vim, sicuti confessio iuditialiter facta habere dicitur.

12 Guarentigia vim sententiæ diffinitiuæ habet, ita vt reuocari non possit.

13 Guarentigia, ad compromittendum iuxta demandata per statutum, impedit affines.

14 Guarentigia, simulationis, solutionis, & compensationis, exceptiones, patitur.

15 Falsitatis exceptio contra guarentigiam opponi potest.

16 Exceptio contra guarentigiam opposita, quæ tamē liquida non sit, non impedit ipsius guarentigiæ executionem.

17 Guarentigia subiacet reg. qui prior in tempore, &c.

18 Guarentigia illiquida, si liquidari petatur, per exceptiones post liquidationem infringi potest, etiam stante statuto, quod contra eam, nisi certæ exceptiones opponi possint.

19 Statutum, exceptiones contra guarentigiam prohibens, non ligat tertium, quin eas opponere possit.

20 Guarentigia, quæ aliàs per appellationem tolli non valet, per restitutionem in integrum infringi potest.

21 Solutum metu carceris repeti potest, non obstante statuto, per quod contra guarentigiam

rentigiam

rentigiam nullam exceptionrm opponi posse prohibeatur.

22 *Executionem non meretur guarentigia, falsam sub se continens causam.*

23 *Bannum, vel sententia contra absentem, ex falsis allegationibus secutum, vel prolata, considerationis digna non sunt.*

I. SExtum in ordine propositum cõualidatur, non solùm ex recitatis in c. 28 superius in ordine accommodato, sed & infrascrip. medio.

1 Quamobrem notarius † statim secuta illius creatione iudex ordinarius fieri dicitur, secundum glos. & ibi Paul. de Castr. in l. 1. ff. de iud.

Contrarium tamen tenuit Benedictus de Barzis in tract. d guarentigia, ad cuius confirmationem succedere videtur tex. in l. adoptio C. de adopt. & ibi Bald. per illum text. notarium

2 † ex vi tabellionatus nullam habere iurisdictionem proposuit.

Sed Innoc. in c. cum à nobis de te

3 stibus, dixit notarios † de iure communi iudices nuncupari, & iurisdictionem voluntariam habere, cuius vigore guarentigiam sibi ipsis adiunctam eo loci significauit, quod tamen respectu guarentigiæ, procedere dicit Bald. d. l. adoptio, & quoties notarius ex priuilegio iudex ordinarius creatus sit quodq; pariter verum existi-

4 mo, quotiescũq; notarij † creationem recipiant, ex persona Summi Pontificis, Imperatoris, ac habentium supræmam potestatem, & seu à Com. Palatinis, nam eo casu auctorita-

tem iuditialem habere dicuntur, cuius d causa iudices chartularij nuncupantur per glos. in l. fin. C. vbi & apud quem, & l. rem non nouam C. de iudit.

5 Tales † enim præceptum in in confessum facere possunt sicuti iudex, quod aliàs cæteris prohibitũ cauetur, sic demonstrant Angel. & Imol. d. l. ait prætor §. si iudex ff. de re iud. & Alex. in l. si cùm dotem §. eo autem ff. solut. matr. Aduertas

6 tamen quod † notarius, nisi sit matriculatus Guarentigiã cõficere non potest, Bald. in l. ex eo tempore ff. de test. milit. & in l. petitionem C. de aduoc. diuers. iud.

Sed quia vt plurimum multi notarij, quid importet guarentigia penitus ignorant, ideo opere pretium duxi, nonnulla circa guarentigiam breuiter attingere, ita vt illius inscij significatus eiusdem essentiam atq; definitionem percipiant, à qua res magis elucescit, vt voluit Bar. in l. 1 ff. de testam. idcirco

7 sciendum est, quod nil † aliud guarentigia dicitur esse, quàm contractus habens executionē paratam iussu notarij habentis iurisdictionem mandandi ex for. statuti secundum Doct. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact. Bal. in l. iubemus §. sanè quæst. 6 C. de Sacr. san. Eccl. Paul. de Castr. in cons. 71 Angel. in l. si debitori ff. de iudit. & Bald. in l. penult. C. de fideiuss.

Alteram, clarioremq; habes diffinitionem, tradditam per Boer. allegata quæst. 295. num. 6. ex sententia Ang. d. l. ait pretor §. si iudex ff. de re iud. scilicet, ꝙ Guarentigia nihil aliud est, quám præceptum quodam, qđ fit per notarium de instrumento rogatum parti roganti, vt obseruet incontinēti in instrumento contenta. Tale namq; præceptum in volentem, & acceptantem fit, ex dispositione statutorum huiusmodi facultatem notario concedentium, ad instar iudicis facientis præceptum in confessum, quod præceptum paratam habet executionem d. l. si debitori ff. de iudit. vt eo loci idem palàm Boer. proponit.

8 Et quænam † dicatur guarentigia, vide Corn. in cons. 258. incip. visa, in littera A. & in cōs. 259. incip. visa in littera D. libr. 3.

9 Et quare † dicatur guarentigia vide glos. in c. 1. §. si duo vers. si vnus de test. & glo. in §. si plures eodem tit.

Prærogatiuas nō mediocres guarētigia secū habere dicitur, &

10 Primo vim † confessionis apud se retinet, vt attestantur Cyn. & Bart. in l. 1. C. de confess. isdem Bar. in l. non fatetur ff. eod tit. & in l. possessio §. & si possessio ff. de acqui. possess. ita

11 vt † Guarentigiata confessio eandem habeat vim, sicuti cōfessio iuditialiter facta sic Bar. in l error C. de iur. & fact. ign.

12 Item vim † sententiæ diffinitiuę habet Bart. in l. vinum ff. si cert. pet. & in l. 1. §. in hac ff. commod. isdem Bart vna cum Alex. in l. cum vnus ff. de bon. aut. iud. poss. Bald. in l. non solū §. necessitatem C de bon. quæ liber. ita vt reuocari non possit secundum Angel. post glos. in §. si verò non plures, & § illud Auct. de hæred. & falcid.

13 Item impedit † affines ad cōpromittendum iuxta demandata per statutum Bar. in l. ambitiosa regula 3. ff. de decret. ab ord. facien.

Verùm non semper guarentigia, sic executiua intelligenda est. quin etiam quamplurima, illi, impe-

impediãt executionem. Quã-
14 doquidem † patiatur exceptionem simulationis, datò etiam, quod statutum permitteret tãtùm exceptionem solutionis, falsitatis, & compensationis, sic Bal. in l. si non verum C. de donat. int. uir. & vxor. idem cũ Salycet. in l. hac consultissima C. de testam.

15 Item patitur † falsitatis exceptionem, cum sit præiuditialis propter quam non esse conclu ditur l. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. act. & si primo
16 aspectu, & donec † falsitas probetur ipsi guarentigiæ standũ, sit l. cum præcibus C. de probat. quia cum talis exceptio altiorem requirat indaginẽ ideò non impedit executionem l. ille § si de testamento ff. ad Trebell.

17 Guarentigia pariter † subiacet regulæ, qui prior in tempore, &c. Bar. d. l. cum vnus in fin. principij ff. de bon. auct. iud. poss.

18 Item guarentigia, quæ † liquida non sit, si liquidari petatur, per exceptiones post liquidationem infringi potest, etiam stante statuto, quod cõtra eam, nisi certę exceptiones opponi possint, Bal. in l. si causam C. de execut. rei iud.

19 Aduertas tamen, quod † statutum prohibẽs exceptiones cõtra guarentigiam, id intelligitur respectu debitoris, non vero tertij, quia tunc opponere poterit secũdum Angel per illum text. in l. sed si possessori §. item si quis ff. de iur. iur.

20 Guarentigia quoq; † infringitur per restitutionẽ in integrũ petitam per minorem 25. ann. quæ aliàs per appellationem suspendi, seu infringi nõ potest Bal. in addit. ad Spec. tit. de appellat. vers. minor 25. ann. & idem d. l. fin. §. necessitatem alleg. tit. C. de bon. quæ lib.

Item non obstat guarentigia con
21 tra † quam nulla potest opponi exceptio ex forma statuti, quando aliquid metu carceris est solutum, quoniam eodem statuto non obstante id repeti posse pro constanti tenet Bal. in l. 2. C. de his, quæ vi met. cau. & ibidem Bart. tenet, quod debitor per statutũ obijcere prohibitus soluendo metu carceris, solutum repetere valeat cũ metu, ne caperetur soluisse videatur.

22 Et deniq, guarentigia, ex † falsa causa executionem non
23 meretur, sicuti nec † sententia, vel bannum contra absentem ex falsis allegationibus prolata, & secutum, prout in puncto decidunt Angel. Imol. & Alex.

Alex. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obligat.

Quamplurimis alijs gaudet guarentigia prærogatiuis, atq; (citra præmissa) fallentijs, vt plurimum laborat, quę breuitatis causa silentio prætereo, præcipuè, quia eodem statuto guarentigiam concedente, in hoc foro Papiensi caremus, ideò ad septimum principaliter assumptum deuenio.

Quomodo Notarius pro alio stipulando actionem acquirat. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Obligatur quis naturaliter ex promissione facta notario pro alio stipulanti.*

2 *Notarius alteri stipulando actionem vtilem acquirit, præcipuè quando consuetudo adest, quod notarius pro altero stipulari possit.*

3 *Notarius per stipulationem, nomine alterius contractum recipiendo, vna cum præcarij constitutione, directum dominiũ tertio eo casu acquisitum esse dicitur.*

4 *Notarius licet nomine alterius stipulando acquirat, non potest tamen illum cui per stipulationem acquiritur obligare.*

5 *Notarius, sine cessione quomodo, & quando alteri acquirat, remissiuè ibi.*

V. Septimũ in ordine assumptum, verũ de per se patet ex l. pen. ff. de negot. gest. l. quæcumq; & ibi glos. ff.
1 de act. & obligat. ita vt ex † tali promissione facta in personã notarij nomine alieno stipulãtis, quis naturaliter obligetur, vt tenet glo. in l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. obligat. quã intrepidè sequũtur eo loci Bar.
2 & Alex. quinimo † notarius alteri stipulãdo vtilem acquirit actionem Bart. in l. 1. §. Huius studij in fin. ff. de iust. & iur. l. 1. §. exigere ff. de magistr. cõuen. l. 2. & l. non quasi, vbi Bart. ff. rem pup. sal. for. idem habetur ex l. non aliter ff. de adopt. & præcipuè, quando consuetudo extat, vt notarius pro alio stipulari valeat sic declarat Bal. in l. 1. C. per quas pers. nob. acquir. cuius legis vigore isdem Bald. in l. si quis emancipatum C. de donat. & Alex. in l. si pupillus ff. rem pupil s. al. for. asse-
3 rũt, quod † si notarius pro aliquo contractum recipiat, vna cum præcarij constitutione, ipsi tertio (eo in casu) cuius nomine stipulatio procedit, dire-

ctum

ctū dominiū, eidē acquisitū dici oportet. Et licet notarius
4 nomine † alieno stipulando acquirat nō tamen illum obligare potest l. seruus paciscendo C. de pact. Ias. in l. si quis pro emptore nu. 206. ff. de vsucap.
5 An verò † notarius, sine cessione alteri stipulando acquirat, & quando vide Doct. in l. penult. ff. si quis caut. glos. in l. huiusmodi in principio ff. de leg. 1. §. si quis & ibi Bart. Instit. de inutil. stipulat. glos. in l. multum C. si quis alt. vel sibi, & Bart. in d. l. stipulatio §. si stipuler alicui tit. ffff. de verb. oblig. ex quibus, cùm claras, & intellectuales materias, atquè distinctiones habeas, remissiuè tantummodo, illas prospiciendas tibi consulo, & eis prętermissis, ad octauum, & vltimum pro nunc assumptum celeriter deuenio.

Adscriptio, quando, & quomodo notariomet concedatur. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non solùm natis, sed & nascituris stipulando acquirere potest.*
2 *Notarius in proprio negotio, instrumentum conficere non valet, & quare.*
3 *Notarius, an sibi in testamento legatum ascribere possit.*
4 *Notarius in testamento sibi, & alteri adscribendo, eius partem amittit, quæ socio applicatur.*
5 *Notarius, & si ad sui fauorem instrumentuum conficere prohibeatur contra se tamen instrumentum impunè, rogare posse permittitur.*
6 *Notario, quomodo faciendi procurationis instrumentum in proprio facto facultas intelligatur concessa.*
7 *Adscribens sibi sub geminata conditione non punitur, quia aliàs notario sibi ipsi, purè, vel sub simplici conditione quidquam adscribere non licet.*
8 *Notarius in testamento se tutorem, vel executorē scribere nequit, sed si scriptus, & commissariam acceptauerit, illam repudiare non potest, dūmodo idoneus sit.*

S. AMbigēdum igitur nō est, quin notarius, vti publica persona alijs stipulando acquirat, prout in Cap. 37. dictum fuit, qd̄
1 verum non solùm † natis vt supra, sed & jis, qui nondum sūt nati glos. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. in verbo acquiritur Masuer. in tit. de literis

teris

teris notis vers. item notarius, quem sequitur Boer. quæst. 172.nu, 5.

Veruntamen Necessarium est videre, an sicuti notarius, vti publica persona, nomine alieno stipulando acquirit, sic pariter nomine proprio stipulando in eodem instrumento per eum rogato, quidquam sibi acquisitum dici possit: quo casu clarũ
2 est, notarium † tale instrumentum, in proprio negotio conficere nõ posse, quia cum instrumentum falsi suspicionem pateretur, seu alio laboraret vitio, idcirco cùm eo in casu, tãquam testis, notarius super tali contractu deponere haberet l. Domitius ff. de testam. & sicuti, quis in re propria testis esse non potest l. 1. §. in propria ff. quãdo appellan. sit, & in vers. nullus distinct. 4. quęst. 3. nimirum igitur, si tale instrumentũ in re propria per notarium cõfici à iure prohibeatur, & quid in testamento? vide Bart. in l. seruus ff. de testam. & eundem in l. ex sententia ff. de testam. tut. atq; in l. seruus communis ff. de stipular. ser. & vt difusius infra.

3 Sed numquid † notarius in testamento per eum rogato legatum aliquod à testatore eidẽ relictum, sibi ipsi ascribere valeat? Spec. hoc dicit posse fieri in §. postremo sub nu. mihi 28 tit. de instr. ædit. per l. dictantibus C. de testam. vbi tamen legatum illud relinquatur in testamento nuncupatiuo, ad cuius verificationem non scriptura attenditur, quæ solum fit ad memoriã, sed bene per testes, ipsius testamenti veritas, & essentia robur accipit, vt eo loci tenet Spec. antedictus.

Practic. tamen Papien. in vers. alijsquè de causis prope fin. in for. oppon. contr. instr. dicit qđ melius est abstinere, ne scilicet notarius, quidquam sibi in testamento adscribat, non obstante, allegata l. dictantibus, quæ (vt ibi per eum) loquitur in simplici dictatione nõ autẽ in inscriptione, vt ibid. ex Cyni, ac aliorum sentẽtia memoratur. Huic namq; regulæ, atq; Pratici Papiensis consilio adhæreo, quæ confirmatur ex dictis Bar. in l. 1. §. ex illa quoque num. 1. ff. ad l. Cornel. de fals. vbi dicit, quod suspicio falsitatis, tàm in testamento nuncupatiuo, quàm in scriptis cõsideratur, & hãc opinionem de consuetudine obseruatam esse ibidem significat, & si differenter eò loci adducat aliam esse probationem testamenti, quæ fieri contingat per instrumentum,

tum,

tum, alia verò, quæ per testes verificationem recipit, & prout sic dicit Bald. in cons. 386. incip. dispositio libr. 2. Ad tollendas autem dubitationes, notarium consulo, vt quoties sibi aliquid in testamento relinquendum præuideat, alterum notarium cōcomitantem adhibeat, qui de relicto, sibi rogat⁹ existat, ad tollenda prædicta, & à quibus, cum suspicione nō careāt, satius, vriliusq; abstine
4 re licitum erit. Quinimo † notarius, sibi & alteri adscribens in testamento, partem suā perdit, quæ socio applicatur in l. filius §. sequens quæstio, & ibi Bart. eodem tit. de fals.
5 Et quamuis † dictum sit notarium ad sui fauorē instrumentum conficere non posse, & qđ confirmat Bar. in l. 1. C. de his qui sibi in test. adscrib. Attamē contra se instrumenti factio, eidem permissa est Bal. in Authen. contra, qui propriam, in fin. C. de non num. pec. idē Bal. in cons. 43. lib. 3. ad id facit, qđ notat Bar. in d. l. filius §. sequēs quæstio. d. tit. de fals.
6 An verò, & quando † instrumentum procurationis in facto proprio cōficere valeat notarius ipse, vide Bald. in l. si cōsul. in prima, & secunda lectura ff. de adopt. & Bart. in d. l. seruus ff. de testam.

Sed quia dictum fuit neminem, sibi ipsi impunè adscribere posse ex d. tit. Codicis de his, qui sib. abscrib. in testamento id ta
7 men † nō procedit, quoties, qs sub geminata conditione, sibi adscribit, quo casu nō punitur, Textus est singularis secundū Bartoli intellectum in l. Diuus §. fin. ff. de tit. đ fals. & quod verum est ad euitandam penam sic tenet Lud. in l. si vero §. de viro, limitat. 3. ff solut. matr. & in l. 1. in princ. ff. de verb. obligat. licet aliàs notario quidquā nec purè, neq; sub conditione, sibi ascribere licitum sit, sub falsi pena l. Impuberem §. fin. d. tit. de fals.

Aduertas tamen, quod licet per geminatam conditionem, falsi pena euitetur vt supra, nihilominus id locum nō habet vbicumq; ageretur de conuentione hęreditatis viuentis, quo casu vitæ periculum, atq; insidia, imminere quodammodo videtur ex sententia Ias. in l. fin. quinto notab. C. de pact.

8 Neq; notarius in † testamento se tutorem, nec executorē scribere potest l. vxori §. 1. d. tit. de fals. iuncta l. tutela ff. de tutel. sed si notarius tutorem, vel executorem esse in testamento se scripserit, tunc recu-

sare, vel se excusare non potest Barr. in l. non putauit §. si quis sua ff. de bonorum possess. contra tab. & in d. l. ex sententia ff. de testam. tut. isdem in d l. vxori §. qui filio nu. 2. quod tamen intelligitur dummodo is electꝰ idoneus reperiatur, vt casus est notabilis in d. §. proximè recensito, & quod memoriè recolendum admonet eo loci Barr. quo casu si commissariam, qs idoneus acceptauerit nequaquam, vt supra illã repudiare potest, vt pariter voluit Bàl. in l. 3 § fin. ff. de arbitr. & in repetitione l. 1. ff. de leg. 2. & Andr. Barbat. in c. cùm Ionnes, extra tit. de testam.

Pater numquid pro filio, & frater pro fratre adscribere valeant. Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Falsi penam, seu quasi incurrit, non solum scribens pro se, sed & adscriptionem per alium sibi fieri mandans.*

2 *Adscriptionem patri pro filio probibitam esse, tàm in aduentitijs, quàm in profectitijs clarum esse adducitur.*

3 *Fratri, numquid frater notarius adscribere valeat.*

4 *Testatoris subscriptio generalis, licet eximat aliquem, qui legatum a testatore factum sibi ascripserit, à pena falsi, non tamen legatum validum constituit.*

5 *Pater, numquid filio legatum adscribere possit.*

6 *Patri, de testamento socrus, in quo filius hæres instituendus sit, rogaturo, ad hoc, vt illud conficere possit, & institutio valida sit, cautela datur.*

1 Qvare nedum † nobis (citra falsi præiuditium) quidquã adscribere, licet l. 2. C. d. tit. de his qui sibi in test. adscrib. & Fely. in cap. super. de testibus, siue p nos, siue per alium de nostri tamen mandato adscribi contingat ex Bar. doctrina in l. Diuus §. scribere d. tit. de fals. sed &
2 etiam patri † quidquam adscribere prohitum reperitur, secũdum Doct. in l. filius, & in d. l.
3 Diuus ff. eod. & hoc siue in aduentitijs, siue in profectitijs cõsideretur, ad traddita per Bart. in d. l. Impuberem § si ei, & hãc esse communem opinionẽ tradit Ioann. Annan. in c. accedẽs

col.

col.4.de Crim.falſ. & Dec. in conſ.8.num. 5.lib. 2.vbi tamen pater vſufructui ex dicta adſcriptione prouenturo non renũciauerit, quoniam facta per eum renũtiatione de ipſo vſufructu poterit eo caſu pater, filio adſcribere, vt infra dice-
3 tur. Imo nec † fratri, vt voluit Alber.l. de eo, & ibi gloſ. eodemmet tit. quàm opinionem ſequitur Odofr.in rub.C.d.tit. de his,qui ſibi in teſtamẽto adſcrib. quæ omnia ſic congeſta allegat Magon. deciſ. 53. ſub num. 1. 2. 3. & 4. quinimo ſub nume. 5. id etiam procedere tàm in teſtamento in ſcriptis, quàm nũcupatio aſſerit,auctoritate Cyn. poſt Dyn. d.l.2.C. de his,qui ſibi in teſt. adſcribũt & Bart.d.l.1.§.ex illa d.tit. de falſ. in tantum etiam, vt non
4 procedat ſi † teſtatoris, ſubſcriptio generalis adeſſet, quia licet eo caſu per talem generalẽ ſubſcriptionem,quis a pena falſi excuſetur,non tamen illa,legatum validum conſtituit ſecundum Bald.in conſ. 92. libr. 2. vt ibidem ſub num. 6. cum ſeq.aperit allegatus Magon.
5 An verò pater † legatum filiõ aſcribere poſſit? & dic ſecũdum Doct. quod pro filio emãcipato vtiq; poteſt, ſecus verò pro filio,cuius adhuc patria poteſtas retinetur, & hoc ſiue in aduentitijs,ſiue in profectitijs verſemur,quoniam eo caſu patri acquiritur vſusfructus,vt tenet Bart.d.l.Impuberem §.ſi ei filio d.tit. de falſ. quod tamen limitatiuè non procedit, quando pater expreſſim proteſtat⁹ fuerit, nullum vſumfructũ ex legato filio facto ſibi quęri debere,quo caſu à pena falſi excuſatnr,taliſq; adſcriptio facta filio valida eſt, teſte Natta in conſ.470.vlt.col.in fin.nu.31. videas pariter Dyn. in l. quod dicimus in fin. ff. de auct. tut.

Quod ad propoſitum facit de pa-
6 tre,qui † teſtamentum ſocrus, in quo filium hæredem inſtituendum ſocrus deliberauit, conficere prohibetur,& ad falſi euitationem, cautelam tũc tradit Bart. d. l. inpuberem §. eadem de filio,ſcilicet vt pater antequam tale conficiat teſtamentum,filium emancipet, & ſic cùm tunc nihil ipſi patri q̃ratur,falſi penam nõ incurrit, atq; inſtitutionem legitimè factam dici debere, ibidem ſignificatur.

Pater pro filio, & filius pro patre (corellatiuè) an instrumentum conficere poßint. Cap. LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pater, an pro filio instrumentum facere possit:*
2 *Filius an, & quando pro patre instrumentum conficere valeat.*
3 *Emancipationis, & patriæ potestatis diuisio per Doctores considerata, ad concedendam, & tollendam patri, vel filio facultatem instrumentandi pro sese, Auctori tuta non videtur.*
4 *Filius quodammodo bonorum patris dominus dicitur esse.*
5 *Emancipatio, libertatis concessio dicitur.*
6 *Emancipatio de iure ciuili hodierno, successionem paternam non impedit, & num. 10.*
7 *Emancipatus de iure antiquo ab intestato, patri succedere erat prohibitus, licet secus ex testamento.*
8 *Emancipati, & sui diferentia hodie est sublata, & ad successionem de iure nouo æqualiter adnotantur.*
9 *Emancipato, cui de iure antiquo interdicta erat testamenti impugnatio, quomodo succursum erat.*
10 *Emancipationis impedimentum olim quoad successionem consideratum, hodierna die sublatum dicitur esse.*
11 *Filius emancipatus, & sui causa in testamento præteritus, testamentum nullum dicere potest.*
12 *Filius sub patria potestate constitutus, cùm patre vnam carnem habere dicitur, quod secus in emancipato consideratur.*
13 *Filius de instrumento patris rogatus, ex Senatusconf. Liboniano tenetur.*
14 *Filio patris instrumentum rogaturo, vt falsi pœnam euitet cautela datur.*
15 *Filius de pecunia patris instrumentum conficere non potest.*

1 Videre nunc autem oportet, an pater pro filio instrumentum conficere valeat. Hanc quæstionem examinat Bart. in l. si pater sæpius allegato tit. de fals. & ibi Doct. facta emancipati, & sui diuisione concludũt
2 pro filio emancipato vt supra, quod scilicet instrumentũ conficere possit, quinimo eò loci Bart. tenet, patrem etiam pro filio sub eius potestate retinentem, instrumentum facere nõ impediri, quia tunc non consideratur persona patris vti testis, sed vti notarius, quoniam tunc instrumentum de patriũ manda-

mandato confectum est: idcirco hac ratione dicit Bar. quod sicuti de partium consensu, pater in iudicem, & arbitrum eligi potest per l. quin etiam ff. de arbitr. ita etiam in notarium eligi valet, quod secus in teste cõsideratur, vt ibi per eum adducitur: hoc tamen verum intelligas, quoties patri nõ quæratur vsusfructus, ex eodem Bart. d. l. impuberem §. si ei filio d. tit. de fals.

Et è conuerso videre est necessarium, an † scilicet filius rogat' esse possit de instrumento concernenti interesse patris.
3

Super hoc articulo quamplurimis hinc inde argumẽtorum medijs laborauit Dyn. ex Bal. relatus d. l. q̃d dicimus in princip. & in § si pater ff. de auct. tut. concludenter tamen proponit, atq; considerat filiũ sub patria potestate constitutum, & eo casu pro constanti tali filio non licere instrumẽtũ pro patre conficere adducit, secus vero præponderat quoties emancipatio filij interueniat, quo casu indistinctè filium p patre instrumentum conficere validè posse in medium affert. Idem tenet Pract. Papien. allegato vers. alijs de causis, in forma oppon. contra instrum.

Non modicam tamen dubitandi prædicta distinctio occasionẽ præsefert, quin eadẽ ratio militare dicatur, tàm in filio emancipato, quàm sub patria potestate constituto, quoniam huiusmodi prohibitionis causa finalis est legis, vt scilicet tollatur suspicio propter acqsitionis reflexum, quæ ad patrem, vel filium reddit, considerato casu reciproco, quo pater pro filio, vel filius pro patre instru
4 mentum conficiat, & cùm † filius quodammodo bonorum patris dominus esse dicatur l. de eo, & ibi Alberic. ac cæteri Doct. ff. d. tit. de fals. sicq; eo casu commodum sentiat ex Ias. in l. si is, qui pro emptore nu.
5 377. ff. de vsucap. Vnde cùm † emancipatio, filij personam à patria liberet potestate, & sic dicatur libertatis cõcessio ex l. viua C. d bon. matern. vbi Bal. & isdem in l. cum oportet §. cum autem C de bon quæ lib.
6 nec emancipatio † etiam de iure ciuili patris successionẽ impediat l. meminim', vbi Bal. & cæteri C. de legit. hæred. & Bart. in l. 1. C. commun. de succ.
7 cess. & q̃ successio, licet aliàs † quoad emancipatos, ex testamento, non verò ab intestato cõsiderata fuerit, vt voluit gl. & ibi Bar. in l. illud §. si quis eũ ff. de bon poss. contra tab. & in

l. illud

l.illud §. si quis eum ff. de bon. possess. contra tab. & in l. si ex duob. in princip.ff.eod.tit.glo. in l.qui se patris C. vnd. liberi Bald. in auth. ex causa col.6. C.de liber.præterit.& vt idem tenuerunt Alber.deRosate,& Angel.de Vbal.in rubr. penul. col.C. qui admitti.

Attamen quidquid sit de iure an-
8 tiquo,hodierna tamen die† inter emancipatum, & suum sublata dicitur differentia, quinimo de iure ciuili moderno ad successionem exequati sunt,atquè æqualiter admittuntur ex d.l. meminimus l. fin. C. de emancipat.liber.l.ventre in fin. ff.de acquir.hæred. & Ias.in d. l.qui se patris num.49.C.vnd.
9 lib. & quamuis † de iure antiquo emancipato testamēti impugnatio prohibita videbatur, ei tamen prætoris ædictum, à quo (iuncto Anastasiano ædicto) robur accipiebat per d.l. meminimus, ex illo prætoris benefitio bonorum possessionem petere licebat vigore di. l. qui se patris. Per illam tamen C.constitutionem tollitur quęlibet difficultas,vt emãcipatus vna cum suo ad successionem admittatur. Et quod
10 hodierna† die emancipationis impedimētum, quod olim obstabat, quoad successionem ab intestato sit sublatum apertè tenet Bal.in auth. in successione num. 2. C. de suis, & legit. hanc opinionem indistinctè tenet Bellon. in §. emancipatos in primo notab.instit. de exhe
11 redatione liber. Idcirco filius† emancipatus, vbi sine causa in testamento sit præteritus,testamentum tunc nullum dicere potest Azo.in summa §.est autem effectus C.d.titu. de liber. præterit.Bart.in §.& hæc quidem num.4.Auct.de hæred.& Falcid.

Vnde in proposito sicuti ea spes futuræ successionis consideratur, tàm in filio emancipato, quàm in eo, qui sub patria potestate dicitur esse, eademquè tàm in vno,quàm in altero militer ratio, ergo eadem prohibitio,tàm in emancipato, quã in altero sub patria potestate viuente, consideranda esset argum.à simili in iure procedenti secundum Doct. in l.1.ff.de offit. eius cui mand. est iurisd. & in l.1.C.de interdict.glos.in l.1.in princip. in verbo testari ff.de leg.3. l. 2. ff. de leg. 2. & Bal.in l.2.col.2. vers. extra inducitur C. de patr. qui fil. distrax.

Nihilominus prætereundum nõ duxi, quod & si prædicta quoad successionem militare videantur,

deantur non tamen sublata intelligitur differentia vinculi, inter filiũ patriæ potestati annexum,& emancipatum, quia
12 cùm † paternæ potestatis vinculi ratione, filius, vnitatẽ carnis cùm patre habere dicatur, l.fin.C.de impub.& alijs subst. quod secus in emancipato considerat tex.in l.si mater §. si hominem,& ibi glos.ff.de excep. rei iud. Mirum igitur non est si forsan hac ratione Doctores distinctim sic considerarunt.

Sed quamuis adduci posset ꝑ me deducta intellectum recipere, quoad successionem, non verò quoad patris, & filij vnitatem representandam, vt ex §. si quis alium daturum instit. de inutil. stipulat. Iuditio tamen meo, distinctio, & seu cõsideratio prædicta non tollit difficultatem per me propositam, ratione successionis,& cõmodi præparati, tàm respectu filij emancipati, quàm sub patria potestate existentis. Hoc tamen verum est, quod maius vinculum atq; maior ratio cõsideratur, in eo, qui patriȩ subest potestati, quàm in emancipato vt supra, sed respectu commodi in vtroq; casu propter futuram successionem allegati, ex me deductis nullam reperio differentiam. Tu tamen cogita.

Quid verò si filius in causa patris instrumentum cõficere cupiat ita vt non teneatur ex Senatus cons. Libon.& præcipuè quando sub patria potestate constitutus reperiatur, iuxta dictum Bart.d.l.si pater à legato tit.de fals.& eo casu mea hæc erit sẽtentia (saluo iure rectiùs sen-
14 tientis) scilicet quod vbi † fili⁹, rogatus esse velit de instrumẽto concernenti interesse patris nitidè originale scribat prȩsentibus partibus ipsis, & testibus litteram notarij intelligentib. ita vt instrumentum illud cancellatum, vel glosatum in respicientib. patris fauorem minimè reperiatur, quodq; in ipso originali coram partibus, & testibus confectò, adsit, & contrahentium generalis subscriptio, atq, omnia in eo contenta, per subscriptionem pariter testiũ sint confirmata, quoniam eo casu falsi suspicionẽ, partib. nõ opponentib. neq; testibus ipsi instrumento cõtradicentibus, tolli congruè dicẽdum est.

Quod à fortiori videtur in filio, ꝗ vti notarius, instrumentum ad sui fauorem conficiens in præiuditium patris, volente tamẽ patre,& consentiente, talequè instrumẽtum per subscriptionem

nem

nem manu confirmante valere asserit Angel.d. l. 1. §. inter filium d. tit. de fals. Idcirco cũ hæc suspicio, inter patrem, & filium, per subscriptionem patris tollatur, multo magis id inter patrem & extraneũ considerari debet argum. à maiori ad minus affirmatiuè in iure procedenti, quæ pariter suspicio tollitur, quoties partes ipsum notarium filium sub patria potestate constitutum esse agnoscant, quoniam eo casu, cum eius persona fuerit p partes approbata, tunc impeditur talis exceptio ex l. quin etiam ff. de arbit. & vt considerat Bartol. allegata l. si pater, pluries allegato tit. de fals. & tunc parte non contradicente, tale instrumentum habere executionem paratam dicendum est ex for. tamen stat. Papię, & N. C. Mediolani.

Si verò pars opponat, & aliter scriptum, quàm dictum fuerit deducatur, ita vt de falso redargui possit, & tunc non consideratur filius, vti filius, sed vti notarius, qui cùm falsum cõmisisse declaretur, penam falsi ex d. tit. euitare non potest, quandoquidem alia tunc considere tur persona filij, vti filius, altera vero respectu eius offitij.

15 An verò filius † de pecunia patris possit conficere instrumentum Spec. in §. instrumentum num. 27. tenet quod non, quia testis idoneus in causa patris esse non dicitur, vt ibi per eum, & quod magis est dato et quod filius esset emancipatus, vt ibi glos. adducit, in verbo patris.

An matri pro filio, & è conuerso iuridicè stipulandi, & Instrumentandi (respectiuè refferendo) facultas concedatur. Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Filius pro matre instrumentum conficere posse, non dubitatur.*
2 *Quod quidem procedere videtur nedum in matre, sed & in auo materno, & vlterioribus affinibus, remissiuè.*
3 *Matri quando filius acquirere ex instrumento possit, demonstratur.*
4 *Mater filio stipulari non potest.*
5 *Correlatiuorum eadem regula consideratur.*
6 *Correlatiuorum vno prohibito, alterum prohibitum videtur.*
7 *Maritus an pro vxore instrumentum facere possit, remissiuè ostenditur.*

Numquid

1 NVmquid verò † filius pro matre valeat conficere instrumentum Bart.d.l.si pater §. & cum matri, affirmatiuè tenet, quod sic, cùm filius in potestate matris esse non dicatur, cõsiderato filij emancipati casu, de quo in
2 d.l.de eo, & quod nedum † pro matre, sed & auo materno, vlterioribusq; affinibus instrumentum facere possit, & præ-
3 cipuè quoties † filius in emancipatione reperiatur constitutus auctoritate Alber. d. l. de eo num. 3. pro constanti tenet Magon. memorata decis. 53. in fin.

Alex. verò in l. parentes C.de testibus cõtrarium tenet ex quo sicuti filius pro matre testificari prohibetur vigore ipsius legis, nec igitur instrumentum conficere, quod mihi nõ displicet, quoniam sicuti vt supra dictum fuit, illa spes successionis considerata in filio emancipato quoad patrem, illa quippe eadem quoad matrem penes filium remanet, ex titu. C. de bon. matern. & vt considerat Bald.in l. 1.C. ad exhiben. & si-
4 cuti mater † filio stipulari non potest, vt voluit Bar.in l. quod dicitur ff. de verb. obligat. ita nec filius pro matre instrumẽtum conficere prohibitus dici
5 debet correlatiuorum † siquidem, est eadem disciplina Bal. in auth. ex causa col. 13. vers. concludo ergo C.de lib.præterit. l. si quis seruo, & ibi glos.
6 atq; Doct.C.de furt vnoquè † correlatiuorum prohibito, alterum etiam prohibitum videtur Bald. in l. 3. in fin. C. de Sacr.sanct. Eccles. per l. primã C.de cupress. lib. 11. & Bart.in l fin. in princip. C.de indict.viduit.tollen.& in l.si ab eo C.de legit.hæredib. Tu tamen maturius animaduertas.

7 An autem † maritus pro vxore conficiendo instrumentum, impunis eximatur, vide Bart. in l.vxori, atq; in d. l.si pater, & ibi Angel. in fin. ff. d. tit. de falsis.

Domesticus Notarius, an pro domestico instrumentum conficere possit. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *NOtarius pro illius domestico, instrumentum conficere prohibetur.*
2 *Domestici, quinam dicantur.*

3 *Affectio, dominationis, affinitatis, familiaritatis, & similium ex sententia Spec. sensus, & opiniones peruertunt, intellectusq; humanos habetant.*
4 *Affectio, paritatem præseferens, suspicionem tollit.*
5 *Familiaritas inducens suspicionem propriè, quæ nam sit.*
6 *Iuramentum per notarium in eius creatione præstitum pro notario præsumptionem inducit.*
7 *Salutis propriè memorem quemlibet esse præsumitur.*
8 *Amor & amicitia, omnem tollunt suspicitionem.*
9 *Amicitia magna, propinquitati, & affinitati æquiparatur.*
10 *Spec. dictum in §. 1. de requisitione consil. restringitur.*
11 *Notarij probitas, & integritas, omnem falsitatis suspicionem tollit.*
12 *Familiaritas, amicitiauè magna, ad inducendam suspicionem, quæ nam dicatur idq; arbitrio iudicis relinquitur.*

SVperest nunc videre nũ-
1 quid † domesticus pro domestico conficere possit instrumentum. Spec. in §. instrumẽtum vers. Item, quod est domesticum, tit. de instru. ædit. dicit quod nõ per l. instru
2 menta C. de probat. illi nãq; † domestici dicuntur, qui de domo actoris sunt coloni, liberti, adscriptitij, mercenarij, & cliẽs quos domesticos, sic appellat Spec. in §. 1. vers. item excipitur, & vers. domestici tit. de teste lib. 1. nam, vt inquit isdem Spec. tit. de requisit. consil. nu.
3 7. Affectio † dominationis, affinitatis, familiaritatis, amor, timor, odium, & auaritia, sensus, & opiniones peruertunt, & intellectus humanos hæberãt. Hoc tamen sic absolutè intelligendum non existimó, quin etiam admittamus notarium pro illius familiari, siue domestico ad conficiendum instrumẽtum, quoniam sicuti notarius inter eiusdẽ affines in pari gradu existentes instrumentũ conficere non prohibetur, cum eo
4 casu par † affectio suspicionem tollat Alex. in cons. 48. libr. 5. Fælin. in cap. insuper tit. de testibus, & in cap. litteras extr. de præsumpt. Spec. in §. 1. vers. sed quid si testis eodem gradu tit. de teste, quem sequitur Bart. in l. non solum §. de vno ff. de ritu nupt. multo magis inter domesticos hoc licitum erit. Præterea videmus hodierna die indistinctè notarios, pro clientulis suis, mercenarijs, atquè domesticis instrumenta conficere, ita vt per illam familiaritatem, quæ tamẽ adeò
5 magna † non sit, vt per eam induci posset suspicio, veluti qñ is, pro quo instrumentũ conficeretur, expensis notarij viueret,

quo

quo casu vera, & propria fami
liaritas consideratur, secundū
Guido Pap. in singul. suis, obser
uatione 321. minimè impe-
diantur quominus de instru-
mento rogati esse valeant.
Verisimile etenim non est, quod
notarius, qui pro familiari in-
strumentū conficiat, & ex quo
nihil sibi ipsi notario acquisitū
dici possit, quidquam fraudis
committere vellet tùm ex iu-
ramento in eius creatione per
eum fideliter præstito, quodq;
6 † pro notario præsumptionem
inducit cap. ad audientiam de
præscript. tùm ex regula, vt ne
7 mo† salutis suæ immemor esse
præsumatur cap. sancimus 1.
quæst. 7. Spec. d. tit. de teste ver
sic. item opponitur num. mihi
24. circa medium. Cui etiam
accedit, quod contrahentes do
mestici, & familiares adeundo
notarium, eum amicum præsu
ponunt esse, & ratione amici-
tiæ, familiaritatis, & confiden-
tiæ, quas erga illū habent om-
nis tollatur suspicio, quando-
8 quidem † amicitia, & amor,
suspicionem illam, quām alle-
gauit Spec. d. titu. de requisit.
consil. cessare faciant glos. in l.
1. C. de Sicar. Bald. in Margar.
in verbo amicitia Cæpol. in
cons. 2. col. 2. in fin. quos refert
Follet. in sua praxi crimin. in
clausula. Item quod sororem
venenauit num. mihi 19. & tūc
ea est cōsideranda familiaritas
quæ in leui amicitia cōiūcta
dicitur esse l. latæ culpæ ff. de
verb. signif. quoniam eo casu
suspicio cessat, secus autē vbi
magna interuenit familiaritas
9 quo casu† propinquitati, & af-
finitati æquiparatur cap. requi-
sisti, & ibi Panormit. de testib.
sic tenet Ias. in l. exigendi nu.
4. C. de pcurat. qm̄ tūc quædā
suspicio induceretur: quod-
10 quidem innuere † voluit Spec.
d. vers. Item quod est domesti-
cum. Ideoq; propter magnam
interuenientem amicitiam, a-
micum, à testimonio pro ami-
co perhibendo, repelli videmꝰ
Spec. §. 1. in princip. tit. de teste
Alexan. in cons. 78. 1. & 2. col.
lib. 1. quos sequitur Ias. loco su
perius alleg. sub nu. 6. & Spec.
dictum, potius ád scripturam
priuatam, quàm ad scripturā
per manum publici notarij cō-
fectam refertur, vt tenet glos.
in d. l. instrumenta C. de pro-
bat. atq; vt idem Spec. eò loci
palam adducit. Hoc tamen ti-
11 bi præpono, quod † notarij p-
bitas, & integritas, omnem fal
sitatis suspicionem tollit Ne-
uizan. in cons. 25. nu. 20. & in
cons. 68. num. 31. Vide quæ
scripsit D. Menoch. de pſump.

vigesima præsumpt. lib. 5 nu.
12 44 Quænam verò † dici debeat magna, vel leuis, familiaritas, aut amicitia, ad hoc, vt inducatur, vel tollatur ipsa suspicio: hoc, iudicis arbitrio relinquitur, Doct. & præcipuè Angel. in l. sciẽdum C. de vsur. per §. cogitandum, vers. testes circa finem collat. 1. Auct. de Monach.

Attamen, licet prædicta vera sint nihilominus, ab ijs quæ suspicionem præparatam habent, quo magis fieri potest, abstinendum tibi fore consulo.

IO.

IO. BAPTISTÆ MAGONI CAVSIDICI PAPIENSIS,

De Nobili Causidicorum exercitio.

Inter Procuratoris, & Institoris nomen, quanam differentia constituatur. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Regula qualibet, exceptionem patitur.*
2 *Regulæ generali standum non est, quoties sub ea speciales comprehendantur casus, & quoties contra illam exceptio opponatur.*
3 *Regula, ius non dicitur, neque ius facit.*
4 *Procuratorum, triplex genus demonstratur.*
5 *Factores, ex negotio Domini intuitu administrato, negotiorum gestorum actione tenentur.*
6 *Procurator, à negotiorum gestore, nomine, & effectu differt.*
7 *Factores, hodie institores dicuntur, antiquitus verò exercitores nuncupabãtur.*
8 *Factorem constitutum videmus, quoties Domino sciente, quidquam ab eo fiat.*
9 *Procuratori sine mandato se asserenti, agendi via præcluditur.*
10 *Inter Procuratorem, & negotiorum gestorem, aliquando æquiparatio datur.*
11 *Negotiorum gestor de male gestis per substitutum tenetur, nec contra talem substitutum, Domino actionem cedendo liberatur.*
12 *Procuratoris, & seu negotiatoris offitium, voluntarium esse dicitur.*
13 *Oeconomus, Sindicus, Actor, seu Procurator, quomodo de iure ciuili differant.*
14 *Procurator, quidquam vti nuntius faciens, actum inutilem gerit.*
15 *Notarij, in constitutione Procuratoris per instrumentum facta, ea solent apponere nomina, scilicet actorem, procuratorem, missum, nuncium, & quidquid melius, &c.*
16 *Administratores omnes de Iure Canonico largo modo Procuratores dicuntur.*
17 *Procurator, sine speciali mandato, ad iurandum de calumnia, nõ admittitur.*
18 *Quinã absq; mãdato, etiã in pp̃ria animã, ad iurãdũ de calumnia admittantur.*
19 *Calumnia iuramentum subeuntes, quando periurij pœnam incurrant.*

Hacte-

HActenus de Notariatus auctoritate disceptatum fuit: Verũtamen cùm notarij vt plurimũ nedũ nobilissimo Notariatus ornamento decorati præfulgeant, verùm etiam patrocinãdi, causasq; dicendi (instar Aduocatorum,) maiorem in dies nobilitatem, eorum virtutis medio, studeant adipisci; idcircò illorum opinionem, qui procurationis officium absolutè vile existimarunt, distinctionũ medio per auctoritates confirmato, confutare, atque declarare me prębeo paratum.

Tota namq; vis huiusmodiq; articuli energia sumitur per Doctores, ex l, vniuersos, & præcipuè ibid. Bal. nu. 3. ac ex l. si quis procurationem C. de decur. lib. 10. necnon et ex §. fin. Instit. de except. atq; ex alijs ipsorum Doctorum opinionibus ad eadem iura se refferentibus.

Idcircò conclusio prædicta simplicem sic non recipit intellectũ, quominus restrictionem patiatur, vulgare namq; dictum est,
1 vt quælibet † regula exceptioni subiaceat, l. omnis diffini-
2 tio ff. de reg. iur. & sic † regulæ generali standum non est, quoties sub ea speciales compræhendantur casus. Bart. in l. in fraudem .§. fin. ff. de testam. milit. & quoties contra regulã excipiatur Spec. in §. postremo col. 6. vers. quinto dicam⁹, tit. de offit. omn. iud. & quia †
3 regula, ius non dicitur, neque ius facit, sic Bal. in Margarita in verbo regula. Innoc. in c. dudum col. vlt. in glos. in verbo retinere in fin. extr. de cõuers. coniugat.

Quare cùm per differẽtias res clarius discernatur ex Accurs. in
3 proæm. instit. idcircò † triplex procuratorũ genus (largo modo loquẽdo) adesse nemini absconditũ dici potest. Quorum primum ad negotia simpliciter, Secundum ad lites pure, & tertium ad lites, & ad iuditia mixtim cum onere, & honore adiunctum considerationis digna reputantur.

Primum igitur vile siquidem dici debet, ex quo circa facultates, atq; bona domini versatur, quodq; ijs, quos factores vulgo sic appellat, bonorum commo-
5 dum committitur, ita vt ex † negotio, intuitu domini per tales administrato, actio negotiorum gestorum contra eum, domino detur Bal. in l. si mandatum in fin. C. de negot. gest. & Bart. in l. si pupilli §. item quæritur,
6 ff. tit. eod. sicq; † ad differentiam procuratoris huiusmodi nego-

negotiorum gestoris nomen intelligitur quamobrem ille verus dicitur negotiorum gestor, qui sine mandato, vel cura, negotioue sibi iniuncto, vlterius negotia gerit glos. in l. ait §. fin. & §. hac actione ff. de negot. gest. secus verò cõsideratur, in eo qui habet mandatum, & cui cura, vel offitium commissa, & seù commissum videtur l. 1. ff. eod. tit. Spec. in §. nunc verò aliqua num. mihi 66. tit. de instru. ædit. quamobrem diferẽtia de per se euidens patet inter negotiorum gestorem, & procuratorẽ, nedũ nomine, cum
7 factores † antiquit⁹ exercitores hodie verò institores nuncupẽtur, Bart. in l. eandẽ 6. quæst. ff. de duob. reis. Procurator autem mandatarius appellatur, l. 1. C. de procurat. & ex C tit. mandati per totum, sed et offitio, tùm ex eo, quod tit. de per se separatim sunt constituti, scilicet & ex tit. mandati, & ex tit. de negot. gestis. vt idem considerat glos. ad Spec. in d. §. nunc verò aliqua, tunc etiam quia differenter inter eos considerantur termini, nam factor
8 † constitui videtur, vbi domin⁹ scienter sic facere patitur l. quì cumq; in princip. & ibi Bart. ff. de institor. Secus verò videtur
9 in procuratore, cui † nisi mandatum opituletur, agendi via præclusa reperitur l. fin. vbi Bal. C. d. tit. de institor. licet
10 inter † sese in aliquib⁹ casibus, habeant æquiparationem, quãdoquidem negotiorum gestor alium substituere possit sicuti procurator ad negotia constitutus, l. nam & seruius. §. mandato, vbi Bart. & Bal. ff. de ne-
11 got. gest. quo casu † de malè gestis per substitutum tenetur, nec cedendo actionem Domino contra eum liberatur, vt ibidem dicit Bart. & ideò sicuti †
12 Procuratoris offitium voluntarium dicitur esse ex Spec. §. 13. vers. hoc autem etiam tit. de libel. concept. ita etiam negotiorum gestoris l. in re mandata C. mandati.

Et quamuis secundum leges ciui-
13 les inter † sindicum, œconomũ actorem, seu procuratorem, & similium adsit differentia, quod tamen intelligi debet ad notata per Spec. in tit. de his qui alien. nom. in iud. interu. Et ꝙ verum esse dicitur, quia si pro-
14 curator † quidquam vt nũtius facit, actum gerit inutilem, vt dicit text. in l. fin. §. si vero C.
15 si quis alt. vel sibi. Idcircò † notarij pro sedãda huiusmodi difficultate, atq; diferentia, in mãdati instrumento, dicunt procuratorem, actorem, missum, nun-

nuntium, & negotiorum gestorem, & quidquid melius de iure dici aut esse possit, quod idem innuit, Gabr. in singul. suis obseruatione mihi 164.

16 De iure tamē † canonico omnes administratores procuratores vocantur, c. Saluator, 1. quæst. 3. c. petitio, & c quia in causis, de Procurat. & Spec. in §. iam nunc videndum nu. 15. circa medium d. tit. de libell. conceptione, quod tamen largo modo est intelligendū, quia strictè capiendo dictum; pro-
17 curator † non valet sine speciali mandato de calumnia iurare c. vlt. de iuramento calum. in 6. Doct. in l. 2. §. sin autem, & ibi Bart. C. de iur. iuran. propter calum. & Bal. in l. si procurator C. de procurat. secus autem videtur in œconomo, sindico, & administratore §. sin autem vel dignitas, extra d. tit. de iur. iur. propter calum. dan.
18 quoniam † tales causam omnino non nescientes absq; mandato ad iurandum admittūtur, & quod magis est in propriam animam c. in pertractandis de iuramento calum. Vbi autem
19 † temerè hoc est non habita causæ scientia iurare ausi fuerint, periurij, pænam incurrūt, l. videamus ff. de in litem iur. l. Marcellus. §. qui rerum ff. rerum amot.

Sollicitatoris offitium simpliciter consideratum, vile existimari, ad differentiam tamen Procuratoris hodierna die sic nuncupati, rationibus optimè deductis, intrepidè sustinetur.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *SOllicitatoris simplex officium vile reputatur.*
2 *Sollicitator in causa in qua sollicitudinem præbet, à testimonio ferendo repelendus est.*
3 *Sollicitator finita causa testimonium perbibere potest.*
4 *Procurator deponere valet, de ijs, de quibus depositionis tempore procnrator non reperiatur.*

SEcundum verò genus respicitur quo ad eos, qui purè, & simpliciter ad lites constituuntur, & qui vulgariter solli-

solicitatores dicũtur, quibusque cura, & seu potius solicitudo causarum simpliciter cõmittitur, quosq; quotidie causidicos sequi videmus. Horum
1 pariter offitium † vile dici deberet, cum in eo simplex quędam cura, atq; solicitudo, & absq; aliquo virtutis ministerio adiuncto, consideretur, & de quibus Spec. in §. 2. col. 4. vers. cura, & solicitudine tit. de iu-
2 dit. ij namq; † tales in causa in qua solicitudinem præbent, testificare prohibentur. Alex. in cons. 152. num. 7. lib. 7. Abb. in cap. insuper num. 15. de testib. Francisc. Cremen. in suis singul. obseruat. 97. & hoc intelligitur durante causa quo-
3 niam † ea finita testimonium perhibere possunt Butr. in d. c. insuper, & in c. cum à nobis, vbi Abb. Sicul. d. tit. de testibus
4 quod idem † dicitur in procuratore, qui de ijs, de quib. tempore depositionis procurator nõ erat, testis esse potest, Alex. in cons. 88. vol. 1. Boer. in cons. 40. num. 115. ad quod idem facit tex. in l. 1. §. si seruus vers. si eum ff. de quæst.

Procuratoris ad lites vsum, perutilem, & necessarium esse demonstratur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris vsus, ad lites necessarius est, præterquam in duobus casibus, vt ibi.*
2 *Necessitas, & vtilitas æquiparationem habent.*
3 *Nomine, si quæ differunt, illa quoq; diuersitatem effectus retinent.*
4 *Procurator causidicus, sub nomine aduocati comprehenditur, largo tamen sumpto vocabulo.*
5 *Praxis legibus accommodata infallibilis est, & quare.*
6 *Causidicorum offitio, filij ex eis descendentes ex Senatus beneplacito Doctores effecti, ad Collegium nobilium hodierna die admitti, vt plurimum patefactum existit.*
7 *Quæstoris Io. Alberti Gargani merita panduntur.*

TErtio autem generi, applicari possunt ij, qui ad lites, & ad iuditia mixtim constituti repe- riuntur. Isti namq. sub dupli- ci membro positi, diuisionem,

atq; diuersitatem patiuntur, nam vbi procurator ad lites,& ad iuditia simpliciter conside-retur, ita vt ad aliqua specialia, vtputa ad compromittendum fideiubendum appellan. & similia tantummodo sit cō-stitutus,hoc namq; casu,ex huiusmodi constitutione, neq; nobilitatem,neq; vilitatem posse reportari arbitror, cum nec tri
1 buat, nec diminuat, sed cum † vt plurimum, vel propter absentiam, infirmitatem, alioue impedimento, tale procuratoris offitium, ad lites, sit necessarium,l. 1. §. vsus ff. de procurat. præterquam in duobus casibus de quibus tùm in l. cū miles ff. de alien. iud. mut. cau. fact. tum in l. 2. & ibi Bald. C. de his,qui ven. ætat. impetr. & in quibus cogitur, quis personaliter agere,vel defendere, & consequenter commune sit vt vnus pro altero eodem procuratoris offitio indigeat, vt ex mox allegata lege cauetur. Ideo vtile potius quàm vile dicitur esse,& quod necessarium est,vtile dici debet, quādoqui-
2 dem † necessitas, & vtilitas æquiparentur Innoc. in c. cùm omnes de constitut. Abb. in c. vt sup de reb. eccl. nō alien. Bal. in rub. C. qui bon. ced. poss. & Alex. in l. nepos Proculo ff. de verb. significationibus.

Si vero respicimus procuratoris statum, non in primo negotiorum gestorum, neq, in secūdo solicitatoris, ac nec in tertio simpliciter ad specialia, & particulatim cōstituto genere, sed in patrocinandi, atq; causas dicendi genere existentis, tunc offitium istud per se nobile patet, tam de iure quàm de consuetudine, de iure siquidem vi-
3 demus, quod ea, quæ † differunt nomine, differun', & effectū l. si idem C. de codicil. sed procurator,& causidicus nomine differentiam patiuntur, vt clarū est, ideo & effectu. Præter id, quod hosce causidicos videm',
4 aduocati offitio fungi, atque † sub nomine aduocati comprehēdi l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extraor. cogn. Spec. in §. nūc de procuratorum tit. de salar. lato tamen sumpto vocabulo, vt dicit Bart. in l. 1. ad fin. C. mand. & Dec. in l. inuitus nu. 2. ff. de reg. iur.

De consuetudine verò, eosdem coram iusdicentib' de apicib' iuris quotidie disceptantes prospicimus, ita quod, non solum iura de iudicum permissu allegent, verum etiam in scriptis causas, auctoritate legum, atq; Doctorum confirmatas proponant, atq; tueātur, qua de re, vt

vt plurimum, ij scientia legali muniti emolumētis pecuniarijs Doctores priuatos, deserūt, & iure meritò aduocatis
5 æquiparantur, quia illorum † scientiæ praxis adiuncta illos infallibiles facit, si quidem praxis vera sit legum intellectrix secundum Bald. in cap. 1. tit. de fæud. sine culp. non amitten. vnde allegare consueuit idem Bald. in repet. l. Aemilius ff. de min. qđ leges in scholis degluttiuntur in praxi verò digeruntur, quosq, licet vulgo procuratores appellet, Causidici tamen, & seu causarum patroni in iuditijs frequenter nuncupari solent.

De consuetudine pariter in hoc Mediolani Dominio, & præcipuè in foro Papiensi adeò nobile hoc offitium reputatur, vt (illorū opera indigentes Cliētuli) tam nobilium, & ex primatibus ciuitatum, quàm forēsium, magna caterua adiuncti, vt plurimum illis sequellam præstare nemo ignoret.

Huiusmodi offitium gerentes, (qui tamen scientiam præseferunt) nobilitatem assequuntur atq; sic, vt non solum, talium
6 Causidicorū† filios laureatos, atq; doctoratos, qui ad celeberrimum Collegium Doctorum in ciuitate Papiæ sanguinis nobilitatè, præsertim antiqua carentes ex dispensatione Excellentiss. Mediolani Senatus, illorum etiam patris offitij virtute, ipsi Collegio adiunctos fuisse nulli dubium existat.

Quinimo hi tales maximos honores eximiasq; dignitates, vt plurimū assequntur, de hisq; quamplurima habentur exempla, & præcipuè de (memoriæ colendæ) Ill. Quæstore Io. Alberto Gargano, qui cum valde circa clientulorum susceptū patrocinium, honestè, atq; laudabiliter insudauerit, meritò ad Fiscalatus Regij Offitium, deinde ad Quæsturam Ill. Magistratus ordinarij Status Mediolani promotus, atq; elat⁹ fuit præter id, quod ferè infinitos tùm virtute, tùm nobilitate fulgentes; huiuscemodi offitio fungi videmus, & præcipuè hac in Vrbe Ticinensi, inter quos (cæterorum semper honore immaculato existenti) connumerare superuacaneum mihi non videtur Hieronymū Landulphum, Io. Gulielmum Valentem, Io. Baptistam Simonetā, Antonium ex Com. Rouescallæ, Ioannem Parinū, Gasparem Garonum, Paulum Aemiliū Canem, Io. Baptistā Pantiam, Desiderium Canequarium, Cæsarem Furnerium,

&Io Mariã Balconũ, Io. Iacob. Peronũ, Io. Antonium Cerinũ, Io. Mariam della Molla, preter missis, Io. Iacob. Basso, Frãcisco Maria Caneuario, Honorio Scotto, Iulio Cæsare Doria, Petro Francisco Caneuario, Aluisio Molla, Io. Angelo Blauio, Io. Baptista Belcredo, Io. Frãcisco Biscio, ac Io. Paulo Ferrario, & alijs quampluri mis, virtute floridis, quorumq. omnium integritatem, eorũdem, & orandi, & scribendi eloquentia, atq; doctrina patefaciunt.

Offitium Procuratoris vile absolutè intelligentes vigore l. si quis procurationem C. de decur. lib. 10. valde aberrare significatur. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *L. Si quis procurationem C de decur. lib. 10. declaratur, & num. 9.*
2 *Inter causidicum, & procuratorem, quomodo differentia constituatur.*
3 *Procuratori onus, Aduocati verò honor, addicta dicuntur, & quando.*
4 *Aduocatus sicuti ad suscipiendum tutelam cogitur, sic pariter, & causidicus.*
5 *Populis, qui præsunt onus cum dignitate habere dicuntur.*
6 *Procurator, quando cum onere, & cum honore constitutus censeatur.*
7 *Baldi ratio, contra procuratores allegata in d. l. si quis procurationem confutatur.*
8 *Aduocatus, qui procax est, & qui opprobrijs non autem ratione certat, non est admittendus.*
9 *Intellectus l. si quis procurationem d. tit. C. de decur. adducitur.*

SVperest nunc, vt fundamenta ex iuribus allegatis primo loco in contrarium recensita euacuationem recipiant, & quæ vtiq. intellectum sic præseferunt, vt predictas patiantur distinctiones, quare insistendum non est super d. l. vniuersos C. de decur. libr. 10. quandoquidem, eadē lex non de procuratore, sed de decurione, atq. tabellione verba faciat, & quamuis glos. eo loci dicat offitium procuratoris vile, relationē attamē habet ad prædictã l. si quis procurationem C. eodem, quæ non generaliter, sed restrictiuè loquitur, & cuius legis verba, hoc loci accõmodare decet, quæ infrascripta sunt v3. Si

Si quis procurationem facultatum suarum, curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, grauissima pena plectetur ille verò, qui immemor libertatis, & generis infamissimam suscipiens vilitatem, estimationem suam seruili obsecundatione damnauerit, tradatur exilio.

1 Ex hac lege † profectò nil aliud erui potest, quàm quod loquatur de procuratore ad negotia dum ad procurationem facultatum se extendat, & cũ eo casu vti seru⁹, ibi [seruili obsecundatione] seruile gerat offitium, nimirum si vile reputandum sit, & hoc ideo est qđ textus in illo negotia gerente dixit [infamissimam suscipiẽs vilitatem,] vt sic voluit Petr. de Racha in praxi rerum ciuil. cap. 5. num. 19. non autem
2 † trahi debet ipsius legis sensus, ad procuratorem ad lites, & iuditia constitutum, & cui propter legalem scientiam aduocato competit æquiparatio, vt sup. iuncta auctoritate Paul. de Castr. & Ias. in d. l. inuitus C. de procurat.
3 Et quamuis † Bart. in l. 1. §. hoc ædicto ff. de postul. adducat procuratoris offitiũ, onus, aduocacati verò honorẽ in se continere respondeo tamen, ꝙ ratione illorum offitij, onus tam in uno, quàm in altero cõ-
4 sideratur, nam sicut † aduocatus, & procurator, siue causidicus, inuiti cogi possunt ad illorum operam prestandam auctoritate memoratorum Doc. d. l. inuitus, ita vt post susceptã tutelam exercere illam cogantur l. prouidendum C. de postul. & d. l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extraord. cognit. Vnde data terminorum paritate ratione tamen obligationis, illud onus coactè per procuratorẽ hoc idem per aduocatum su-
5 sceptum dici oportet. Ideò † illos in dignitate constitutos, quiquè populis præsunt maxima onera subire dixit Boer. in §. 1. num. 32. in tract. de sedit. idem Bart. in proposito in l. si vt proponitis sub num. mihi 92. C. de dignit. libr. 12. nam licet ex d. §. hoc ædicto caueatur aduocato onus cùm honore competere, quod secus in procuratore versatur, id tamen in procuratore ad iuditia simpliciter constituto, dicendũ est, vtputa in illo, qui iudicem accedit, illum rogando pro dilatione concedenda, &

qui à iudice aliquid impetrando gratis obtinet, quoniam eo casu solicitatori æquiparatur,
6 secus tamen consideratur † in procuratore, seu causidico, qui coram iudice, alienum desiderium iuridicè pandit, atq; legũ adminiculo tuetur, prout aduocandi, postulandiuè requirit offitium l. 1. ff. de postul. idẽ innuit Bart. d. §. aduocatos nu. 2. cum seqq. quo quidem vltimo casu, procuratoris offitiũ, cum honore adiunctum esse, necessariò fatendum est: nam quoties secus diceretur, sequeretur, quod æquiparatio prædicta de vento seruiret, quod tamen dicendum non est ex Doct. sententia in d. l. inuitus C. de procurat.
7 Nec mihi † satisfacit causa per Bald. allegata in d. l. si quis procuratione, scilicet, ex quo plerumq; procuratores deierant, & calũniantur in causis, ergo infamissimum offitium: respondetur enim, quod non omnes procuratores cauillosi, atq; periurij sunt, & licet id aliquibus insitum dici posset, non tamen omnibus ęqualiter inest. Sed demum offitium tunc vile dici debet, non per se sed per aliud, & sic per cauillationem, & hoc apertè sustinet memoratus Petr. Racha allegato cap. 5. sub d. nu. 19. post med. quod pariter idem con-
8 sideratur † in Aduocato, qui procax est, & qui opprobrijs, non ratione certat, quia tunc admittendus non est, sic Spec. in § 1. num. 9. tit. de Aduoc.
9 Vnde concludo d. l. † si quis procurationem, ad procuratorem, ad negotia tantum cõstitutum se extendere, & quatenus id ex Doctorum interpretatione procederet etiam in procuratore ad iuditia constituto, eo casu primæ adhæreo distinctioni, scilicet, illud intelligi debere in simplici solicitatore, de quo Bart. in d. § aduocatos, quod sic, videtur sentire Imol. post Alexan. in l. reum criminis C. de procurat. non autem in procuratore causidico, aduocatoque vt supra æquiparato, rationibus supra deductis, ideo, &c.

Infamis

Infami, quomodo Procuratoris offitium annexum considerationis dignum sit. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas in infamem cadere non potest.*
2 *Infamia leuis illa dicitur esse, quàm vulgus infamiam non reputat.*
3 *Accusatus de crimine, quomodo à procurationis offitio repellatur.*
4 *Infamis, Illustrium personarum procurator esse prohibetur.*
5 *Infamis per sententiam capitalem effectus, ad offitium procurationis non admittitur, etiam pendente iuditio.*
6 *Infamis per sententiā ciuilem, vel ipso facto, aut per confessionem effectus, offitio procurationis fungi potest.*
7 *Procurator, infamis, à persona ecclesiastica constitui non debet.*
8 *Infamia maiori laborans, offitium procuratoris exercere non valet. Secus verò, si leuis in eo infamia consideretur.*
9 *Infamis (distinctim tamen considerando) de iure ciuili procurator esse potest.*
10 *Infamis, de iure Canonico absolutè à procurationis offitio repellitur, & quare.*
11 *Infamis sicuti ab aduocatione, sic, & à munere causas dicendi est repellendus.*
12 *Differentia inter aduocatum, & procuratorem, quænam constituatur.*
13 *Inductiua Imperatoris causa, admittendo infamem ad procurationis offitium, quænam fuerit demonstratur.*
14 *Infamis de consuetudine, & more nouo, in iuditijs bene riteq; institutis ad postulandum non admittitur.*
15 *Obseruantia est in foro Papiensi, vt non solum infamis, sed & etiam suspectus de infamia, ab offitio causas dicendi remoueatur.*
16 *Doctores plerisq; in locis, & præsertim in Ciuitate Mediolani, vt plurimum causidici offitium aßumunt.*
17 *Notoria, quæ sunt, altiori demonstratione non agent.*
18 *Iniquum est, velle à minoribus obtemperari, maioribusq; obtemperare nolle.*

VIdendum superest quomodo intelligatur dispositio d. §. fi. Instit. de except. quæ procuratorem infamem admittit, idcirco ab illo textu. Summunt Doctores, offitium procurato-
1 ris vile dici debere, quia si dignitas esset, in infamem cadere non posset l. 2. C. de dignit. lib. 12.

Super huiusmodi quæstione, diuersæ videntur opiniones Doctorum, quamplurimasq; adducunt distinctiones ad quæstionis prędictę dilucidationē. Quarum

Quarum prima capitur ex glos. in d. §.fin. scilicet, tunc repellẽdũ esse à limine iuditij procuratorem, magna affectum infamia, secus verò, quando parua, vel leui infamia is labora-
2 re videretur. Ideo leuem † illam esse infamiam, quàm vulgus infamiam non reputat, adduxerunt, & Innoc. in c. cum opporteat de accusat. & Bal. in l. in exercendis C. de fid. instr.
3 Secunda est, vt quis † accusatus de crimine, à procurationis repellatur offitio l. reum C. de procurat. quod tamen recipit intellectum, scilicet quoties, quis sine mandato agere vellet, secus si cum mandato, vt dicit Bart. in l. 1. §. hoc ædicto ff. de postul. si verò de crimine accusato, damnatus reperiatur, tunc indistinctè procuratoris offitium tali exercere interdicitur, vt sic adduxerit Bart. loco mox recensito, huius pariter sẽtẽtiæ reperitur Cyn. sequens Guil. de Cuman. in d. l. si reum C. de procurat. vide ea quæ apponũtur in repet. l. Barbarius, & ibi Bar. num. 17. ff. de offit. prætor.
Tertia est distinctio scilicet, aut
4 † procurator per Illustres personas constituitur, & tunc tale munus subeundo infamis, & tamquam indignus repellẽdus est capit. quia Episcopus 5. q. 3. l. 1. §. ignominia ff. de his, qui notant. infam. aut per alias personas constitutus reperitur & tunc subdistinguendo adducit Angel. Aret. allegato §. fin.
5 Institut. de except. quod aut † infamis, per capitalem sententiam, sibi irrogauit infamiam, & tunc procurator constitui non potest, etiam pendente iuditio per d. l. si reum, quandoquidem eo casu pro mortuo habeatur ex l. 1. §. fi. ff. de bon. possess. contra tab. si verò pro-
6 curator † per sententiam ciuilem, ipsoue facto, vel per confessionem infamis reperiatur, & eo casu, talem non prohiberi, quin in procuratorem admittatur, idem Aret. in d. §. fin. cuiusq; distinctionis medio sũmoperè gloriatur.
Quarta est distinctio scilicet, aut consideratur mandatarius, ratione personæ constituentis,
7 & sic † vti à persona ecclesiastica, vel vti à persona seculari constitutus: primo namq; casu, prohibetur infamis, illud offitium subire d. c. quia Episcopus, & cap. 1. adiuncto cap. infamis 3. q. 4. Boer. in suis singul. in verbo Procurator constitutus num. 28. secundo verò casu subdistinguẽdum est, aut talis notoriè infamia maiori

est

8 est † effectus infamis, & tunc talis procuratio eidem prohibetur; sin autem in eo leuis cōsideretur infamia, & tunc procedere dispositionem d. §. fin. eò loci Aretin. significauit.

Quinta, & vltima pro nunc distinctio se habet, vt de iure ciuili
9 infamis † procurator esse possit (quod sanè prædictarum distinctionum medio intelligen
10 tiam reportat) secus † verò de iure canonico consideratur ex cap. cum deputati de iudit. & Abb. in c. Imperatorum de iuram. calum. & optima quidem huiusmodi ratione, quia, non famæ suspectus, sed bonæ opinionis, & laudabilis vitæ constituēdus est procurator, vt ex d. cap. quia Episcopus apertè colligitur.

Ex quibus tamen distinctionibus nullam adhuc differenter, inter procuratores, & causidicos conclusionem video constitutam: quinimo, ad offitium procuratoris simpliciter relationem habentes, ad ea solummodo adaptari posse puto, quę negotiationem, solicitudinemuè iudiciaq; & causas simpliciter respiciūt, secus verò ad ea, quę causidicorum indigent opera: vbi namq; prædicta respectu causidicorum procederent, alterata eo casu, & seu sublata diceretur, causidici, atq; aduo
11 cati æquiparatio, & sicuti † infamis, ab aduocandi offitio repellendus est, secundum Spec. in §. 1. vers. item quod est infamis tit. de aduoc. ideo & causi-
12 dicus: quare differenter † ex gl. ad Spec. eò loci posita, in littera G. per Guil. adducitur scilicet, offitium procuratoris circa factum, aduocati verò circa ius versari, considerata tamen postulandi iuris, & facti diuersitate, ita vt per huiusmodi differentiam, claram habeamus conclusionem, prædicta in cōtrarium recensita procedere in procuratoribus simpliciter vt supra constitutis, non autem in causidicis, qui scientiam legalem, & iuris concomitantiā habentes, instar aduocatorum iuditialiter causas tuentur.

Et quamuis videatur ex d. §. fin. Instit. de excep. Imperatorem declarare, ab offitio procurationis, infamem, & seu infamiæ suspectum remoueri non posse: nihilominus ob id, offitium ipsum vile non existima
13 uit, sed ea fuit † illius inductionis causa, ne, dum super huiusmodi dilatoria exceptione, altercatur, lis, & sic causa de qua principaliter agitur, in lōgum protelletur, & præsertim quādo de leui agitur infamia,

& quæ

& quæ vt dictum est apud vulgum infamia non reputatur, vbi namq; Imperator tale offitium vile existimasse, vtique illud tale aperuisset, nec pariter de causidico est opinatus, proutque idem glosa ibi non considerasse videtur, dum allegat procuratoris offitium onus, non autem dignitatem dici debere, quoniam constituta differentia vtsupra, & secundum Bar. in d. §. aduocatos vtiq; causidicos sub recensitorum procuratorum classe, non comprehendi, incõcussè est dicendum, cum per aduocatorũ æquiparationem vtsupra, onus cum honore eisdem constitutum videatur.

Sed quidquid de iure in contrarium dici posset, quod tamen profecto prædicta indiget consideratione, & quæ militat in
14 iure. Attamen † de consuetudine, & de more nouo, in iuditijs bene riteque constitutis, infamis ad postulandum procurator esse non potest, prout sic indistinctè hilarique fronte declarat Gail. obseruatione 43
15 lib. 1. & quod † pariter ex obseruantia seruatur in hoc Papiensi foro, ita vt non solum infamis, sed & etiam de infamia suspectus, procurator ad postulandum constitutus, per honoratissimum causidicorũ d. Ciuitatis cætum ab illorum segregetur consortio ad for. d. cap. cum deputati tit. de iudit. cui quidem patrocinandi offitio aggregãtur et nobiles sanguine nati, & quamplurimos Doctores patrocinãdi, atq. huius dicẽdi muneris offitio fungi, vt plurimum videmus, hoc
16 notorium est, præsertim † in Ciuitate Mediolani, vt etiam refert glos. in d. l. si quis procurationem, quod si vile reputaretur, vtiq; tali offitio haud sese immiscerent. Quodque huiusmodi causidicorum nobile sit offitium, & nostris temporibus nulli est dubium, tum ex reuerentia, & honore illis adhibitis, tum etiam, quia in ijs quę iuditialiter seruari solent, vt plurimum, iudicibus, illorum sententia opituletur: præter id, quod ex N. C. Mediolani dictatur in tit. de pæn. §. si verò huiusmodi iniuriam nõ prouocatus, vt scilicet quilibet causarum patrocinãte iniurijs afficiens, pæna plectatur.

Nec vlterius me extendo, circa huiusmodi offitij laudes, quæ cum euidentissimæ sint altio-
17 rem non † requirunt indaginem l. emptorem in princip. & §. 1. vbi Bart. ff. de act. emp. l. si adulterium cum incerta §. idẽ pellio-

pellioni ff. ad l. Iul. de adulter. & Doct. in l. ea quidem C. de accusat.

Et quia auctoritas, absq; fidelitate, euanescit, ad quod inducitur ea Diui Augustini senten-
18 tia de oper. monach. f. † [quid iniquius, quàm velle sibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus ?] ideò opere prætium de Fidelitate in secunda operis parte disserere duxi.

Primæ partis hic est finis ad laudem D. O. M. ac B. M. V.



IO. BAPTISTÆ MAGONI

CAVSIDICI PAPIENSIS,

Lucerna Moralis,

EX QVA, QVID CIRCA NOTARIATVS officium fideliter exercendum fieri oporteat, dilucidè proſpicitur.

P A P I Æ, Apud Petrum Bartolum, 1602.



ILLVSTRISSIMO,

ac Amplissimo Viro,

COMITI RENATO

BORROMEO.

Io. Baptista Magonus. S.P.D.

VI Peripateticorum Principis Aristotelis maximum illud, Naturam omnium parentem nihil frustra tentasse, animo, & cogitatione complexi sunt, humanissimã legem, præclarissimumquè institutum esse dixerunt. Eo namquè diligentissimè à multis excogitato, & à flagitijs mortalium plurimi retrahuntur, & ad præclara facinora incitantur; quod quidem vt in multis clarissimè cernitur, qui sicuti vitam nec segnem, nec obscuram traduxerunt, atq; claræ, & insignis virtutis maxima præmia consecuti sunt: Ita ipse hodierna die tum

gloria, præclarum virtutis præmium, mortalium animos ad insignia quæquè facinora mirificis studijs impellens, tum denique, vt Ciuitas nostra eò multis alijs grauior habeatur, quò illis fuerit in multis iuuandis studiosior, Eximia Poesi prætermissa, cui, excellentissimo ingenio viri cumplures tanquàm certæ cuidam regulæ, mortalium magistræ, optimorum honestissimorumque morum fonti vberrimo, primum concedi dignitatis gradum existimantes, adeò se tradiderunt, vt nihil ad mortalium mores optimè componendos relictum esse videatur, Illustresquè Historias silentio supprimens, antiquissimorum, recentiumquè temporum memorabilia quæcunq; à mortalibus, vel fugienda, vel complectenda, narrantes, quibus plurimi alij non sine maximo posterorum omnium iuuamento totũ ætatis suæ cursum honestissimè cumsumpserunt: postremum hoc volumen, de NOTARIATVS FIDELITATE, quam, Inuictissimi Imperatores, Potentissimiquè Reges quicumquè, tantis fidelissimis priuilegijs ornarunt, auxerunt, munierunt denique, vt ijdem omnesq; huius mundi nationes huiuscemodi fidele Notariatus officium exercentibus, quascunq; facultates (ne quid magis dicam) submittere haud dubitent, tibiq; Comiti Præstantissimo dicare, non abre censui; Illustrissima enim atq; Præstantiss. familia BORROMEA cùm adhuc nobis illi subditis humanissimè sit dominata, tu verò tanta humanitate, vt singulari beneuolentia nos prosequi potius, quam Imperio aliquo subijcere

cere

cere videaris, effecit, vt ſicuti rei familiaris, & cor-porum ipſorum humaniſsimum quidem, & æquiſsi-mum Iudicem te cognouimus; ita contra obtrectatores, maleuolentia ſuffuſos, rabiæ aliqua, liuoris percitòs, criminoſos, huiuſque grauiſsimæ dignitatis laudem, & famam præclaram, vel extinguere, vel prorſus ob-ſcurare conantes, (non enim defuerunt) te fortiſsi-mum patronum elegerim, ſingularemquè defenſorem habere ſtuduerim. Opuſculum hoc ergo meum, quale-cunque eo animo accipias, quo ego tibi dono; quantò enim minor erit hoc donantis laus, teſtis, & meæ fa-miliæ, perpetuæ, & beneuolæ ergate ſeruitutis memo-ria, eò maior erit generoſi animi tui gloria, exiguum hoc munuſculum benigno, et clementi animo ſi ſuſce-peris, quod pro certo habens, ſingulari humanitate tua fretus, præter cætera fidelis meæ erga te ſerui-tutis genera, ſummum etiam Deum, Illuſtriſsimam BORROMEORVM Familiam iuſtorum eiuſ-dem deſideriorum voti compotem, vt efficiat, aſsiduis precibus deprecaturum polliceor, & affirmo. Vale.

De Admirabili Vrbe Mediolani,

ET ILL.MA FAMILIA BORROMAEIA.

DELII MVSSI ACADEMICI INTENTI

EPIGRAMMA.

AVsus in Hadriacis fuerat Saturnius vndis
Tarpeio Venetum præposuiße solum.

Nititur

Nititur Æneias extollere Iuppiter arces,
Auget & à priſcis nomina Cæſaribus.
Impauidus ſurgit pugnæ Gradiuus, & Vrbem
Inſubriæ primi nominis eſſe probat.
Pugna manet: pugnæ eſt ſuprema Lacinia Iudex,
Quæ mira Hadriacos prætulit arte ſinus:
Cæſaribus priſcis Romæ auget nomina: tum Mars:
Quæ manet exhauſtis gloria Cæſaribus?
Inſubriæ primam fas eſt præferrier Vrbem,
Quæ magè victuros dat generoſa Duces.
Annuit hic ſuperum cœtus, Mauortis & Vrbi,
Cæſaribus victis, prima Corona datur.
Felices populi, Vrbs felix, Felicia regna,
Quæ BORROMAEIS ſunt potiora ſuis.



AL SIGN. GIO. BATTISTA MAGONE

CAVSIDICO MERITISSIMO,

Madrigale.

D'INCERTO.

ALti Colossi, e Tempi
Superbi eresse al gran Ligurgo Sparta
All'hor, ch'à suoi soggetti altieri, & empi
Diè legge; ond'anco ogn'hor l'ammira, & ama:
Ma tù, ch'à nostri tempi
Con si purgati inchiostri
Del FORO *i fregi apporti, e adorni, e inostri;*
Quai pregi, e merti n'hai? l'eterna Fama
Tuo nome all'oblio toglie, & à se il chiama.

COMPENDIARIVS INDEX,

Eorum omnium, quæ in hac parte continentur.

CAP. I.

Fidele amicorum obſequium, in quo conſiſtat, & ad amicitiam veraciter conſeruandam, quę nam concurrere debeant.

CAP. II.

Parentum obedientiam filijs ſingulariter ſpectare, cuiuſque effectus multiplices deſsignantur.

CAP. III.

Erga maritum neceſſariam eſſe vxoris reuerentiam, & hanc non ſolum circa res mariti, ſed etiam circa corpus mulieris, fideliter cuſtodiendam fore, optimè demonſtratur.

CAP. IIII.

Venerabilem, & fructuoſam eſſe diſcipuli obedientiam erga Præceptorem, idque diuerſis ſententijs decoratum omnino ſuſtinetur.

¶¶ Fide-

CAP. V.

Fidelitas seruorum denotatur, quoties autem hæc eadem non seruetur, quibus sint plectendi pænis, cuilibet notum perbibetur.

CAP. VI.

Feudatarius, an semper Domino seruire teneatur, proindequè nõnulla personam ipsius feudatarij obligantia erga Dominum, illumquè releuantia recensentur.

CAP. VII.

Feudi alienationem, in quibusdam casibus concessam, in alijs verò prohibitam, ex iuris dispositione manifestatur.

CAP. VIII.

Iuramenti fidelitatis præstatio, Feudatorio necessaria est, ita tamen vt non semper, sed vt plurimum illum obliget.

CAP. IX.

Illustrissimæ atq; Clarissimæ BORROMEORVM familiæ, nonnulla hæroica facta, atque particulares dignitates patefiunt.

CAP. X.

Ea quæ ad exercitij NOTARIATVS fidelitatem pertinent Maximiliani Imperatoris Constitutionis

quandoquè sibi facultatem concessam, & aliquando prohibitam esse laboriosè, & clarè deducitur.

CAP. XVII.

Instrumenti extensio quosnam producat effectus. An verò, & quando Tabellionatus signum in instrumento requiratur. Postremò, quamplurima circa renuntiationum clausulas, atque materiam explicata deducuntur.

CAP. XVIII.

Taciti, & expressi virtus, quando par consideretur, & an instrumentum, primò scripturam, deinde lecturam desideret, legum fundamentis dilucidè demonstratur.

CAP. XIX.

Casu speciales, in quibus scriptura requiritur, ex c. 1. §. postquam autem, de cen. in 6. inscijs enumerat Author.

CAP. XX.

Notarium esse, quomodo quis probare debeat, & præsumptiuè quãdo quis Notarius dicatur esse; denuò an putatiui Notarij instrumenta valeant, hoc in Capitulo continetur.

Præ-

debeat, & an totalis editio, vel particula Instrumēti fieri debeat, huiusmodi Caput tibi demonstrat.

CAP. XXVI.

Notarius, an omnibus, pluriesque instrumenta edere teneatur, et illa non edens quomodo cogi possit.

CAP. XXVII.

Nocturno tempore Instrumenta quęnam Notarius facere possit, in occultoque hęc eadem conficiens maximam eo casu in eo redargui suspicionem.

CAP. XXVIII.

Instrumentorum nonnullę recensentur infirmitates, à quibus, quò magis fieri potest, Notarius abstinere debet.

CAP. XXIX.

Falsitas quid sit, quomodo committatur, nonnullaquè falsitatis crimina panduntur.

CAP. XXX.

Notarij, falsitatem committentes, quibus pœnis, tùm à iure communi, tum à iure municipali indictis sint plectendi, idquè & Doct. auctoritatibus, & ex N. C. Mediolani, atq; statutis Papię deinceps ex Iustiniani Imperatoris Constitutione ad vnguem recensitis enuclea-

Finis Compendiarius.

INDEX

Locupletissimus eorum omnium, quæ in hac secunda parte continentur, ordine alphabetico, diligentia non vulgari conscriptus.

In quo caput numeri, paginaquè ipsa numeris indicatur.

A

Quod

Instru-

nihil

Nomen

N

Nota-

O

P

R

Renun-

T

Tactus

Vendens

FINIS.